
URKUNDENBUCH DER STADT LÜBECK HERAUSGEGEBEN VON DEM VEREINE FÜR LÜBECKISCHE...


Digitized by Google


72. E. 96.

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

72.E.96



Digitized by Google

CODEX
DIPLOMATICUS LUBECENSIS.



Lübeckisches Urkundenbuch.

1ste Abtheilung.

Urkundenbuch der Stadt Lübeck.

Vierter Theil.

Lübeck,

Ferdinand Grautoff.

1873.

Digitized by Google

URKUNDEN-BUCH

der

Stadt Lübeck.

Herausgegeben

von

dem Vereine für Lübeckische Geschichte und Alterthumskunde.

Vierter Theil.

Lübeck,

Ferdinand Grautoff.

1873.

Digitized by Google

Druck von H. G Rahtgens in Lübeck.

Digitized by Google

I.

Albrecht I., Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen urkundet über den Verkauf des Dorfes Belowe abseiten des Heinrich, ehemals Vogts in Mölln, an die Kirche in Reinfeld. 1243. [1]

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Albertus, Dej gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie. Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam audituris salutem in Christo Jhesu salutarem. ‖ Quum status mortalium indesinenter ad ulteriora descendit, ea que inter mortales ordinantur, iuste scriptis adnotantur, ut, quando contra rem gestam prauorum consurgat inuidia, rei veritatem ‖ expressam litterarum testentur eloquia. Notum sit ergo vniuersis tam presentibus quam futuris, quod Heinricus, quondam aduocatus in Molne, de consensu et beniuolencia heredum suorum ‖ villam quandam, que dicitur Beluwe, cum terminis suis sitam in confinio nostro, quam a nobis in feodo tenebat, vendidit ecclesie Reyneueldensi, Cysterciensis ordinis Lubicensis dyocesis, pro CCCC marcis, et omni juri suo, quod in eadem villa habuerat, sponte renuncians ipsam in manus nostras libere resignauit et absolute. Nos vero ad peticionem domini abbatis tociusque prefate ecclesie conuentus pro L marcis vendidimus eidem iam dicte ecclesie eiusdem ville proprietatem, ita duntaxat, ut coloni septem mansorum eiusdem ville cum ceteris indigenis terre nostre in expedicione et peticione nobis seruient. Et quicquid in eiusdem ville terminis residui fuerit in agris cultis et incultis siue noualibus exstirpandis, siluis, pratis, pascuis et omnibus eorum attinenciis, indulsimus ita, ut ipsi fratres libere et absolute in eadem villa ordinant et disponant, quicquid sibi iudicauerint vtilius expedire, hac scilicet condicione interposita, ut aduocatus ecclesie omne iudicium sibi uendicet, iudicio capitis et manus taliter excepto, ut aduocatus noster vna cum eorum iudice iudicio presideat et sentenciam conclusionis denunciet, et quicquid vtilitatis exinde prouenerit,

---

1) Das Dorf Belowe, jetzt Bälau, in der Nähe von Mölln, wurde später eine Besitzung des Klosters Marienwold, aus welchem die Brigitten-Stiftung in Lübeck hervorgegangen ist.

Digitized by Google

due partes nobis cedent, pars vero tercia ecclesie perpetuo libere sit cessum. Terminos vero ipsius ville ne per improborum temeritatem inposterum coangustentur, presenti pagina placuit inscribi, prout Reinardus aduocatus noster cum omnibus attinenciis suis eidem Heinrico nostro mandato quondam dimensus est ac discriminauit et certis limitibus circumscripsit, videlicet ab illa palude, que indago vocatur, usque ad illam paludem, que Holrige wlgariter nuncupatur, et ab ipsa Holrige usque ad riuum Belowe illo loco, vbi palus predicta, que Holrige uocatur, vergit in ipsum. Vt autem factum hoc ratum perpetuo permaneat et inuiolabile, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Si quis autem huic facto, quod absit, quocunque modo presumpserit iniuriari, omnipotentis Dei et eius gloriose matris et virginis Marie animaduersionem districtissimam et nostram, quam iuste meruit, indignacionem se nouerit incursurum. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M̊ CC̊ XLIII̊, indictione prima. Testes huius rei sunt hij: Burchardus plebanus de Louenborch, Everhardus notarius noster, Bertrammus pincerna, Heinricus de Suligge, Euerhardus de Luneborch, Theodericus de Madhele, Thedleuus de Parkentin, Reinerus aduocatus de Raceborch et alij quam plures.

Nach dem Original auf der Trese. Mit an gelb und roth seidenen Schnüren anhangendem wohlerhaltenen Reitersiegel des Herzogs.

II.

Albrecht I., Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, überträgt dem Kloster in Reinfeld für 44 mℬ Lüb. Pf. seine bis dahin von ihm vorbehaltenen Rechte in dem Dorfe Belowe. 1249. April 4.

Albertus, Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie. Omnibus hoc scriptum cernentibus in salutis | auctore salutem. Recognoscimus et per presentem paginam publice profitemur, quod pro quadraginta et || quatuor marcis lubicensium denariorum nobis iam prompte presentatis rite et racionabiliter vendidimus, dimisimus | et resignauimus religiosis viris, domino Syfrido, abbati, et conuentui atque monasterio in Reynevelde, Lubicensis diocesis, omne id quod per nos fuit hactenus in villa Belowe et in omnibus eiusdem ville attinencijs, libertatibus aut juribus nobis nostrisque heredibus, successoribus seu aduocatis quocunque modo reseruatum, et specialiter in expedicione ac peticione colonorum septem mansorum ibidem nec non in vtilitatibus duarum parcium supremi judicij, videlicet manus et capitis eciam ibidem, per eosdem abbatem, conuentum atque monasterium perpetuo pacifice possidendum, nobis

aut nostris heredibus, successoribus seu aduocatis in predicta totali villa vel in quibuscunque ipsius attinencijs nichil penitus juris, proprietatis, libertatis seu vtilitatis reseruantes. In quorum omnium premissorum fidele ac euidens testimonium presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes huius sunt Olricus de Coyne, Hinricus de Buka, Poppo Zabel, Nicolaus de Cubsele et alij plures fidedigni. Actum Lovenborch, anno Domini M̊CČ quadragesimo nono, pridie nonas Aprilis.

Nach dem Original auf der Trese. Mit an blau und gelb seidenen Schnüren anhangendem wohlerhaltenen Reitersiegel.

III.

Nicolaus I., Herr von Werle, schreibt an Vogt, Rathmänner und Bürger von Lübeck über die Bedingungen, unter welchen die Streitigkeit zwischen seinem Knappen Meineke und ihren Bürgern endlich erledigt werden soll. O. J. (1269.) [1]

Dei gracia N(icolaus) dominus de Werle vna cum filiis suis predilectis H(enrico) et J(ohanne) dominis iunioribus de Werle. Viris prouidis et ‖ honestis necnon amicis dilectis, aduocato, consulibus cunctisque ciuitatensibus in Lubeke, voluntatem ad queque ‖ beneplacita beniuolam et paratam. Vestram in hac breui ac expressa forma recepimus litteram, quod nobis super eo gra‖tes et honores retulistis, quod vestros concines et amicos liberos plene dimitteremus, si famulus noster M(eineko) plene liber fuerit et solutus. Igitur, cum famulus noster adhuc nullomodo sit liber ac solutus, ut litteris ac nunciis sibi missis expressius protestatur, quôm in vltimo die festiuo Pasche iterum Demyn intrabit et intrare debet omnibus postpositis et remotis: vnde consulimus, ut super eo consilium prouide tam nobis quam uobis inueniatis, quôm ex parte vestra ea condicione vestris ciuitatensibus usque ad festum Pentecostes dedimus libertatem ac solucionem, ut pro ipsis loqueremini veraciter et expresse. Quod adhuc non factum est, et si non factum fuerit a vobis, volumus, ut ad nostram ciuitatem Gnoge conciues vestre ciuitatis nostrique captiui veniant in quatuordecim noctibus, et hoc recepta littera, — que [2] est dominica post misericordiam — et erit [3] in eadem captiuitate, qua fuerant, permansuri.

In dorso: Aduocato, consulibus cunctisque burgensibus in Lubeke.

Nach dem Original auf der Trese, welches in Briefform zusammengelegt war. Die Einschnitte für das Band, welches das Schreiben schloss, so wie schwache Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels sind noch sichtbar.

1) Vgl. Th. I. № 311.

2) Im Original steht q mit einem v darüber; quod zu lesen oder que gleich quod zu erklären?

3) l. erunt?

Digitized by Google

IV.

Thidericus de Nindorp, Propst von Liebenwalde und Scholasticus der Kirche St. Sebastian in Magdeburg, ersucht den Rath von Lübeck, sein Jahrgehalt an den Ueberbringer des Briefes oder an den Vater desselben auszuzahlen. 1270. Mai 22.

Venerabilibus viris et discretis, aduocato et consulibus de Lubeke, magister Th(idericus) de Nindorp, ‖ prepositus de Liuenwalde ac ecclesie sancti Sebastiani in Magdeburg scholasticus, salutem quam sibi. Vniuersi‖tatem vestram, de qua plenissime confido, attencius exoro, quatinus annuam pensionem, in qua ‖ michi tenemini, latori presencium vel Th(iderico) dicto Snakeben, patri eius, presentetis. Datum in Magdeburg, anno Domini M̊ CC̊ LXX̊, in die Ascensionis Domini.

Nach dem Original auf der Trese. Von der Urkunde ist ein Streifen losgetrennt, der zur Befestigung des Siegels gedient hat oder hat dienen sollen. Jetzt ist kaum eine Spur eines Siegels zu entdecken.

V.

Papst Nicolaus III. trägt dem Bischof von Camin und dem Archidiaconus von Stettin auf, dem Bischof Burchard zu befehlen, dass er die über die Franziskaner und Dominicaner in Lübeck verhängten Strafmassregeln zurücknehme, auch innerhalb zweier Monate einen hinlänglich instruirten Procurator nach Rom sende, um sich wegen seines Verfahrens zu rechtfertigen. 1278. Jul. 6.[1]

Nicolaus episcopus, seruus seruorum Dei. Venerabili fratri (Hermanno), episcopo, et dilecto filio (Hinrico), archidiacono Stetinen(si), Caminen(sibus), salutem et apostolicam benedictionem. Grauem ad nos dilecti filij, . . prior et . . minister ac fratres predicatorum et minorum ‖ ordinum prouincie Saxonie ac ciues Lubicenses querimoniam destinarunt, quod, licet prioris et ministri ac fratrum ipsorum studentium sub extrema paupertate uiuere ac uirtutum cultui desudare ad hoc feruenter aspiret affectio, ‖ ut per eorum ministerium salus proueniat animarum, tamen venerabilis frater noster Borchardus, episcopus, et dilecti filij Nicolaus, prepositus, Nicolaus, decanus, et capitulum Lubicense hec ipsorum fratrum preclara merita attendere dedignantes, ‖ . . priorem, . . guardianum et fratres Lubicenses eorundem ordinum et ciues eosdem communiter

1) Vgl. Urk.-B. des Bisthums Lübeck. Th. I. S. 259. № 266.

Digitized by Google

multis grauant iniurijs et ipsorum quietem et pacem Dei timore postposito dampnabiliter impediunt et perturbant ad eorum et dictorum ordinum lesionem fame nequiter prorumpendo ac indulgentias eisdem ordinibus fauorabiliter ab apostolica sede concessas temere contempnentes, quominus dicti prior, guardianus et fratres eis libere uti possint, impedire presumunt. Nam cum ordinibus prefatis ab eadem sede indultum existat, ut fratres predictorum ordinum illos, qui apud eos elegerint sepeliri, libere possint recipere ad ecclesiasticam sepulturam, episcopus, prepositus, decanus et capitulum prefati eosdem priorem, guardianum et fratres Lubicenses gaudere, quantum in eis est, indulgentia huiusmodi non sinentes, pro eo, quod corpus cuiusdam mulieris, que apud locum eorundem guardiani et fratrum minorum Lubicensium sepulturam elegerat in ultima uoluntate, ad sepulturam huiusmodi admiserant et de non sepeliendo aliquem in cimiterio suo in posterum caucionem prestare noluerunt, sicut eciam nec debebant, cum rectoribus et clericis ecclesiarum Lubicensis ciuitatis et diocesis ordinarunt, ne ijdem rectores et clerici fratres Lubicenses ordinum eorundem ad celebrandum uel predicandum in ecclesijs suis reciperent, nec aliquas eis elemosinas largirentur, ac nihilominus in quosdam ciues Lubicenses, quia predictum ipsius mulieris corpus ad predictum locum detulerant tumulandum, motu proprio immo temeritate potius contra tenorem priuilegiorum indultorum eisdem ordinibus a sede predicta et post appellationem ex parte dictorum ciuium ad eandem sedem legitime interiectam excommunicationis sententiam promulgarunt, licet predicti guardianus et fratres infra decem et octo annos non nisi quinque preter illud corpora defunctorum Lubicensium admisissent ad huiusmodi sepulturam. Cumque predicti prior, guardianus et fratres ac ciues propter huiusmodi et alia plura grauamina eis ab episcopo, preposito, decano et capitulo illata prefatis ad sedem appellassent eandem, dictus episcopus huiusmodi appellatione contempta dictos priorem, guardianum et fratres omnibus gratijs ab ipso et suis predecessoribus factis eisdem necnon predicationis officio de facto priuauit, ac eis inhibens, ne aliquorum confessiones audirent, et ciuitatem Lubicensem pro eo, quod illius ciues fauebant prefatis priori, guardiano et fratribus in hac parte, motu proprio generali supposuit interdicto ac postmodum clerici parrochialium ecclesiarum eisdem ciuibus baptisma paruulorum et penitentias morientium temere subtraxerunt ac idem episcopus ciuitatem relinquens eandem in quodam uicino oppido cum suis clericis se recepit, comminando predictis priori, guardiano et fratribus ac ciuibus Lubicensibus, quod adhuc procederet

Digitized by Google

grauius contra eos, et tandem, cum in eos iurisdictionem suam exercere non posset, in omnes illos, qui in locis fratrum predictorum ordinum in ciuitate uel diocesi Lubicensi audirent diuina officia, excommunicationis sententiam promulgauit et orationes sacras diuinaque officia pro salute uiuorum et requie defunctorum fidelium a sanctis edita patribus in reprobas imprecationes conuertere ac eis aduersus fratres et ciues prefatos uti manifeste non metuens statuit, ut singuli sacerdotes sue diocesis in missarum sollempnijs ante Agnus Dei psalmum illud, uidelicet Deus ultionum dominus, alta uoce decantent, ductus forte intentione nepharia, ut fratres et ciues prefati ex hoc periculum mortis incurrant, ex quo in populo predicte ciuitatis scandalum non modicum est exortum; nec hijs contenti predicti episcopus, prepositus, decanus et capitulum contra sepedictos priorem, guardianum, fratres et ciues libellos diffamatorios ad prelatos et cleros aliarum diocesium conscribentes eos concitant et excitant ad iniurias similes eisdem fratribus et ciuibus irrogandas, alias dictos priorem, guardianum et fratres diuersis modis inauditis et uarijs per se ac alios enormiter aggrauando. Cum autem memorati prior, guardianus et fratres dicte prouincie ac ciues, non ualentes a tantis pressuris et iniurijs respirare, ad nos duxerint humiliter recurrendum, nos uolentes dictis priori, guardiano et fratribus ac ciuibus contra iniurias et grauamina supradicta de congruo remedio prouidere, discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem episcopum, prepositum, decanum et capitulum ex parte uestra, uos uel alter uestrum, per uos uel per alium seu alios moneatis, ut infra decem dies post monitionem huiusmodi sententias, inhibitiones et processus per eos sic improuide habitos contra priorem, guardianum, fratres et ciues predictos reuocantes prouide per se ipsos contra predictos priorem, guardianum et fratres ac ciues talia uel similia de cetero non attemptent, ipsosque, etiam si sententias, inhibitiones et processus predictos eos contigerit reuocare, peremptorie citare curetis, ut infra duos menses post citationem huiusmodi per procuratores ydoneos super predictis omnibus sufficienter instructos cum omnibus iuribus et munimentis suis compareant coram nobis, de dampnis et iniurijs eisdem priori, guardiano et fratribus et ciuibus, ut predicitur, irrogatis, prout ordinandum duxerimus, satisfactionem plenariam impensuri. Et nichilominus ijdem episcopus, prepositus et decanus infra sex menses a die predicte citationis computandos personaliter apostolico se conspectui representent, nisi predicti procuratores eorundem episcopi, prepositi et decani sic properauerint interim aliquam causam rationabilem ostendere

Digitized by Google

coram nobis, quare dicti episcopus, prepositus et decanus a personali presentatione per nos debeant merito excusari, quod ante decursum dictorum sex mensium super excusatione sua, si eam admitti contigerit, littere nostre obtineri ualeant et ad dictos episcopum, prepositum et decanum congruo tempore peruenire. Diem autem citationis et formam ac quicquid super premissis feceritis, per uestras litteras harum seriem continentes de uerbo ad uerbum nobis intimare fideliter procuretis. Datum Viterbij, II nonas Julij, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangender Bulle.

VI.

Schultheiss, Schöffen und Gemeinde der Stadt Löwen ersuchen den Rath von Lübeck, die ihrem Mitbürger Wolter von seiner in Lübeck verstorbenen Schwester angefallene Erbschaft seinem von ihm bevollmächtigten Sohne auszahlen zu lassen. 1280. Septbr. 8.

Viris prouidis et honestis, aduocato, consulibus et communi ciuitatis Lubicensis villicus, scabini totaque communitas opidi Louaniensis seruicii quantum poterint et honoris. Intelleximus, quod quedam Ermegardis, de nostro opido oriunda, nuper apud vos sine prole legitima carnis debitum exsoluerit, que fratrem apud nos habet viuentem, Wolterum nomine, ad quem dicte sororis sue bona sunt jure hereditario deuoluta. Cum autem idem Wolterus aliis prepeditus negociis personaliter illac transsire non valeat pro bonis huiusmodi repetendis, vestram honestatem cum diligencia deprecamur, quatenus ad manus dicti Wolteri nostre respectu peticionis eadem bona, quecunque ex parte dicte femine apud vos fuerint conseruata, faciatis Johanni filio dicti Wolteri integraliter presentari, respectum ad nos habentes plenarium, quod, postquam ea presentata fuerint, extunc sunt erogatores liberi pariter et soluti, sicut presentibus protestamur, fateri curantes, quod in similibus deseruire singulariter teneamur. Datum anno Domini M CC LXXX, in natiuitate Domine nostre.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem, wenig verletztem Siegel.

Digitized by Google

VII.

Die Procuratoren der Stadt Lübeck bei der Römischen Curie, Paulus, Canonicus von Todi, und Angelus von Terni, ersuchen den Rath um Auszahlung ihres Gehalts. O. J. (1278—1282.)[1]

Honorabilibus et prudentibus viris, suis dominis reuerendis, aduocato, consulibus et communi ciuitatis Lubicensis Paulus, canonicus | Tudertinus, et Angelus Interampnensis, deuoti sui et in Romana curia procuratores, salutem et prosperos ad cunta uota successus. De statu negocij uestri | et domini Wlbodonis non curamus scribere in presenti, quia magister Henricus, procurator uester fidelis, vobis scribit plenius ueritatem, cui constant | omnia et singula tamquam nobis. Verum quia pro Wlbodone predicto fuimus et sumus procuratores in curia memorata et causam habeat arduam, pro qua nos oportet cum suo aduersario cottidie laborare, qui ad retinendum causam in curia et litteras, quas pro eo inpetrabamus super sua appellacione, nitit, quantum potest: quare rogamus, quatenus magistro Henrico, procuratori uestro predicto, mandetis, si placet, ut salarium debitum nobis pro Wlbodone predicto persoluet, scientes, quod tam in uestris negocijs quam in suo nil de contingentibus obmittemus. Magistrum Johannem, scriptorem uestrum, intime salutetis.

In dorso: Dominis aduocato, consulibus et communi ciuitatis Lubicensis.

Nach dem in Briefform gefaltet gewesenen Original auf der Trese. Mit sichtbaren Einschnitten für das aufgedrückte Siegel.

VIII.

Radolph, Abt der St. Johannis Kirche in Stolpe, und Ditmar, Prior des Klosters daselbst, urkunden über eine von der Gherburg von Stavern der Kirche gemachte Schenkung und die ihr dafür verheissenen Wohlthaten. 1283. Juli 24.

Radolfus, Dei gracia abbas ecclesie Johannis Baptiste in Stolp, Ditmarus, prior, totusque ibidem conuentus omnibus hoc scriptum visuris salutem |

1) Paulus von Todi und Angelus von Terni wurden 1278 Procuratoren der Stadt Lübeck in Rom (Urk-B. der Stadt Lübeck Bd. I. S. 363). 1282 schloss das Domcapitel zu Lübeck einen Vergleich mit dem ehemaligen Domherrn Walbodo wegen der von ihm besessenen Prähende (Urk.-B. des Bisthums Lübeck Bd. I. S. 293). Da die Ausdrücke des Schreibens erkennen lassen, dass die Stadt für Walbodo Parthei genommen hatte, so möchte das Schreiben innerhalb der beiden genannten Jahre fallen. Damit stimmt der Zeit nach die Erwähnung eines Johannes Rufus (Urk.-B. der Stadt Lübeck B. II. S. 1021. Anm. 4). Ein städtischer Procurator Heinrich (von Wittenborn) wird freilich erst etwas später genannt (ebend. Bd. II. S. 945.) Vgl. übrigens Bd. II. № 106.

Digitized by Google

in omnium salutari. Cum sepius obliuionis subtractio a memoria alienet, que racionabiliter hominum ordinacio stabiliuit, necesse est, autentico ea scripti testi | monio roborari, que tenentur in suis condicionibus inuiolabiliter obseruari. Nouerint igitur vniuersi tenorem presencium inspecturi, quod domina | Gherburgis, dicta de Stovern, ob dilectionem Dei et beati Johannis Baptiste et propter anime sue salutem cum bonis sibi a Deo collatis nostre ecclesie se coniunxit. Assignauit enim et dedit nobis et nostre ecclesie sexaginta marcas denariorum slauicalis monete pro decem marcis iam dicte monete a nobis vel nostris sequacibus singulis annis recipiendis temporibus sue vite, ita tamen quod ea mortua nulla actio vel inpe(ti)cio de dictis bonis vel redditibus cum eis emptis a suis heredibus uel parentibus consequatur. Preterea dedit nostre ecclesie omnia supellectilia sua et quicquid de suo suam post mortem poterit reperiri. Cuius nos attendentes beniuolenciam et fauorem, quo nostram amplectitur ecclesiam, ipsam in nostram recepimus fraternitatem, nostre uictualis prebende participem statuentes. Cum autem de medio fuerit egressa, eius exequias et anniuersalem memoriam, sicut alicuius confratris nostri de nostro conuentu annis singulis peragemus. Super quo ne alicui dubium oriretur, presentem dedimus cartulam sigillorum nostrorum munimine roboratam. Testes sunt Gherardus de Bocholt, Hermannus de Cracowe, armigeri, Godeschalcus de Trebetow et gener suus Ditmarus, Hermannus de Lubeke, burgensis Gripeswaldensis, Luderus dictus Olla, Jacobus de Cerntin, consules Tanclimenses et alij viri multi fidedigni et honesti. Datum Stolp, anno Domini M̊ C̊C LX̂X̂X̂ ÎII, in vigilia beati Jacobi apostoli.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangenden beiden noch wohlerhaltenen Siegeln.

IX.

Johann von Berge beschwert sich bei dem Rathe von Lübeck darüber, dass der Lübeckische Vogt Reyner ihn bei dem Grafen von Holstein verklagt habe, da er doch bereit sei, sowohl vor dem Herzoge von Lauenburg als vor dem Rathe von Lübeck zu Rechte zu stehen. O. J. (1282—1290.) [1]

Honorabilibus viris, consulibus Lubicensibus, Jo(hannes) de Berge quicquid potest obsequij et honoris cum sincere dilectionis | fiducia indefessa.

1) Die Handschrift spricht entschieden dafür, die Urkunde an das Ende des dreizehnten Jahrhunderts zu setzen. Unter dem Grafen Johann von Holstein wird daher Johann II. von der Kieler Linie zu ver-

[Cum] nichil eorum, que uestre beneplacita sunt uolu(n)tati, uolens obmittere, prudencie uestre querimonijs | notifico, quod Reinerus, aduocatus uester, nimiam querimoniam domino Jo(hanni), comiti Holtsacie, fecit super me pro debitis quibusdam || sibi persoluendis, scribens[1] michi litteris suis, quod, si aliquam molestiam ab ante dicto Reinero tempore procedente sustinerem, pro recompensacione uel satisfactione ad ipsum recursum aut refugium nullum oporteret habere. Quapropter uestre significo astucie, quod semper paratus sum, de omnibus racionabiliter me incusare uolentibus aut culpare ad plenam iusticiam responsurum coram domino nostro duce Saxonie tum in ciuitate Mulnensi tum coram uobis, dum tantum michi conductum securum et firmum ad uestram veniendi ciuitatem et iterum abeundi ordinare curetis. Quare rogo, vt ipsum compescatis, quod de talibus querimoniis ulterius abstineat, quia semper paratus sum, de omnibus causis secundum quod uobis et aliis probis et discretis viris uidebitur expedire.

In dorso: Consulibus in Lubeke.

Nach dem Original auf der Trese. Siegel fehlt, Einschnitte für das Siegelband sind sichtbar.

X.

Der Rath von Lübeck beglaubigt bei dem Markgrafen Otto von Brandenburg seinen Schreiber, den Priester Luderus. O. J. (1299?) [2]

Illustri principi domino Ot(toni), marchioni Brandenburgensi, consules Lubicenses cum sincera fide sue pos||sibilitatis obsequium beniuolum et paratum. Ad vestre magnificencie presenciam dominum || Luderum sacerdotem, nostrum secretarium, presencium exhibitorem, transmittimus subplicantes, || quatenus verbis ipsius nostro nomine prolatis fidem adhibere dignemini creditiuam.

Auf der Rückseite: Illustri principi domino Ottoni marchioni Brandenburgensi.

Nach dem in Briefform zusammengefalteten Original auf der Trese. Mit Spuren des aufgedrückt gewesenen grossen Stadtsiegels.

---

stehen sein, der um 1321 starb. Johannes de Berge war 1280 Castellan in Lauenburg. (Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-B. Th. I. S. 511.) Wegen des Ausdrucks: domino nostro duce Saxonie, möchte die Urkunde in die Jahre 1282 bis 1290 zu setzten sein, um welche Zeit die Herzoge von Sachsen-Lauenburg die Schirmvögte der Stadt waren. 1) l. scribenti?

2) Vgl. Bd. I. № 629. 694. Die Handschrift weiset mit Sicherheit auf das Ende des dreizehnten Jahrhunderts hin; es liegt daher nahe, das Schreiben mit einer dieser Urkunden in Verbindung zu bringen. Vgl. auch Bd. II. № 64. 97.

Digitized by Google

XI.

Der Rath zu Lübeck ersucht die Rathmänner und Schöffen zu Damme, den durch die Beschlagnahme von Gütern in dem Schiffe des Wolvinus de Molendino entstandenen Streit nach Lübeck zu verweisen, da bei dem Streite nur Lübeckische Bürger betheiligt seien. O. J. (Gegen Ende des 13. Jahrhunderts.) [1]

Prudentibus viris, dominis scabinis et consulibus in Damme consules ciuitatis Lubicensis scinceram in ‖ quibuslibet complacendis affectum. Pro etc. *(Das Uebrige ist wörtlich gleichlautend dem Bd. I. № 741 abgedruckten Schreiben.)*

Datum nostro sub secreto.

Auf der Rückseite: Prudentibus viris dominis scabinis et consulibus in Damme detur.

Nach dem auf der Trese befindlichen Original-Schreiben. Von dem aufgedrückt gewesenen Siegel sind nur Theile der Umschrift erhalten.

XII.

Der Rath von Lübeck ersucht den Johannes von Hele, die Entscheidung eines in Folge einer Uebersegelung durch Wolvinus de Molendino entstandenen Streites ihm zu überlassen, da die Streitenden sämmtlich Lübeckische Bürger seien. O. J. (Gegen Ende des 13. Jahrh.) [2]

Honorabili ac prouido viro, ipsorum scincero amico, Johanni de Hele, consules ciuitatis Lubicensis scinceram in quibuslibet com‖placendis affectum. Velud prius scripsimus, ita prudencie vestre presentibus declaramus, Hinricum de Castro,' nostrum conciuem, grauiter ‖ nobis exposuisse, koggonem suum cum contentis per kogonem Woluini de Molendino in fundum maris uelificasse in ‖ sui et suorum non modicum detrimentum et grauamen. Vt inde sibi fieret iusticie complementum, petiuimus ad refusionem satis dignam, adhuc petimus confidenter. Nunc vero quidam ex nostris conciuibus, qui in dicta naui Woluini bona detinent, coram nobis declararunt, ipsorum bona per illos, quibus dampna sunt illata, videlicet per nostros conciues, esse arrestata. Quapropter vestram prouidenciam petimus perinstanter, ex quo dicta causa

1) Vgl. die Urkunde Bd. II. № 117. Mit Rücksicht auf die Erwähnung des Jan van Heyle Bd. II. № 576 könnte die Urkunde auch später zu datiren sein.

2) Vgl. die vorhergehende Urkunde.

Digitized by Google

parte ab utraque magis inter nostros conciues, sicut eciam et bona, vertitur, vt vobis cooperante in nostrum jus Lubicense trahatur coram nobis, quia pro composicione amicabili laborabimus toto posse; si non, extunc ordinabimus eisdem, quod ordine iuris nostri finaliter fuerit faciendum. Noueritis eciam, nostris conciuibus premissa per nos esse litteratenus declarata, facturi in istis uelud requisiti teneamur deseruire. Datum nostro sub secreto.

In dorso: Prudenti viro Johanni de Hele detur.

Nach dem Original auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist grösstentheils abgesprungen

XIII.

Der Rath von Lüneburg bezeugt dem Rathe von Lübeck, dass Johannes Rafsak dem Christian de Stella sechs Last Salz bezahlt habe. O. J. (Um 1300.)

Honestis viris et discretis consulibus in Lvbeke consules in ‖ Lvneborg quicquid prevalent seruicij et honoris. Tenore presentium litterarum ‖ protestamur, quod Johannes Rafsak, Tidericus Rafsak, Albertus de Witinge, ‖ Tideman Zabel et Willerus coram nobis affirmauerunt, quod Johannes Rafsak dedisset Christiano de Stella XXX marcas lubicensium denariorum pro sex last salis, quas promisit pro eo Engelberto pistori, burgensi eorum. Datum Luneborg, quarta feria ante Valentini.

Nach dem Original auf der Trese mit aufgedrückt gewesenem Siegel, von welchem nur noch wenige Reste erhalten sind.

XIV.

Burchard, Bischof von Lübeck, trägt dem Vicar Johannes von Peine auf, dafür zu sorgen, dass die von ihm über Thidericus Nudus verhängte Excommunication zur Ausführung komme. 1300. Juli 8.

Borchardus, Dei gracia Lubicensis ecclesie episcopus, discreto viro Jo(hanni) de Peina, ecclesie sue vicario, salutem in domino. Cum Th(idericus) dictus Nudus, ciuis Lubicensis, ob hoc quod ecclesiam sancti Nicolai ‖ in Lubeke infregerit curiasque nostram et nostrorum canonicorum ibidem confregerit, sit ex canone et a nobis vinculo excommunicacionis multipliciter innodatus, ex mandato quoque ‖ nostro denunciatus publice eodem vinculo subiacere, ipsius exigente contumacia discrecioni vestre precipiendo manda-

Digitized by Google

mus, quod dictum Thidericum a concione fidelium arctari et repelli ab actibus legitimis faciatis. Preterea aduocatum et consules vniuersos ac singulos similiter et eius vicinos et eos, in quorum recipitur domicilio, nominatim monere et requirere studeatis auctoritate nostra, vt a participacione et communicacione dicti Thiderici infra hinc et sextam feriam proximam post festum beati Jacobi apostoli nunc instans, quem terminum ipsis peremptorium assignamus, abstineant omnino, si maioris excommunicacionis sentenciam voluerint evitare. Execucionem presentis mandati per uos nolumus negligi, alioquin sentencie excommunicacionis penam, quam ex nunc in hijs scriptis ferimus, vos volumus subiacere. Datum Vthin, anno Domini M CCC, in die beati Juliani et sociorum eius.

Nach dem Original auf der Trese, auf einem unregelmässigen Streifen Pergament und ohne Spur eines Siegels.

XV.

Ingeborg, Herzogin von Sachsen, Engern und Westphalen, und ihre Söhne Johannes und Albert urkunden, dass der Ritter Otto Wackerbart zwei Hufen in Mölln, vier Hufen in Gudow und eine Rente von 14 mℓ. zum Unterhalt eines Priesters in der Heil. Geist-Kapelle in Mölln bestimmt hat. 1300.[1]

Ingeburgis, Dei gracia ducissa Saxonie, Angarie et Westfalie, eiusque filij Jo(hannes) et Al(bertus), eadem gracia duces ibidem, omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Rerum gestarum seriem edax obliuio prompte consumeret, nisi scripturarum aut testium fideli presidio muniretur. Ad cunctorum igitur noticiam peruenire cupientes presencium protestamur testimonio litterarum, quod Otto Wackerbart, miles noster, volens Christi seruicia augmentare, accedente nostro beneplacito et consensu et fratruelium suorum Hinrici et Ottonis Wackerbart pro remedio anime sue et progenitorum suorum altari Sancti Spiritus in Molne pro susten-

1) Das Siegel ist erst 1306 angehängt. Dabei hat die Urkunde folgenden Eingang erhalten: Johannes, Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie, vniuersis presens scriptum cernentibus salutem in Domino. Tenore presencium recognoscimus et pupblice protestamur, quod in prima fundacione capelle Sancti Spiritus in ciuitate Molne per matrem nostram felicis recordacionis et nos cum fratribus kalendarum eiusdem ciuitatis Molne forma infra scripta fuit per omnia placitata et per manum Vlrici notarij nostri in scriptis redacta, quamuis per negligenciam non fuerit sigillata,
und folgenden Schluss:
Et quia, ut premissum est, presens negocium non exstitit sigillatum, nos hanc negligenciam recuperare et calumpnie obuiare volentes sigillum nostrum huic pagine in testimonium duximus apponendum. Datum anno Domini M CCC VI in die exaltacionis crucis.

Digitized by Google

tacione capellani eiusdem altaris sex mansos, quorum duo in Molne et quatuor in Gudowe sunt siti, libere contulit siue dedit iure integro, quo ipse Otto miles predictus longo tempore habuisse dinoscitur, inperpetuum possidendos, cum omnibus vtilitatibus et prouentibus nunc in eisdem existentibus, et que de ipsis inposterum poterint prouenire. Insuper recognoscimus per presentes, quod clericus siue capellanus dicti altaris Sancti Spiritus, quicunque pro tempore fuerit constitutus, preter redditus mansorum superius nominatorum quatuordecim marcarum redditus habere debet, quarum sex domino Hinrico Pranghen temporibus vite sue annis singulis dari debent, post eius autem obitum uel resignacionem dicte sex marce ad predicti altaris uel capelle clericum deuoluentur. Et si forte redditus eiusdem altaris seu capelle per deuotorum elemosinas augmentarentur tempore procedente, quidquid extunc quatuordecim marcarum reddituum numerum superaret, in vsus fratrum kalendarum esset plenarie conuertendum, clerico altaris duntaxat quatuordecim marcarum redditus obseruante. Ceterum proprietatem bonorum, si qua dicti fratres kalendarum comparare voluerint, usque ad viginti marcarum redditus conferemus. Preterea predicti fratres kalendarum altare Sancti Spiritus sepius nominatum collacioni nostre resignauerunt cum consensu vnanimi et libera voluntate, ita quod collacio dicti altaris ad antiquiorem ducissam Saxonie deuoluatur. Huius rei presentes fuerunt et sunt testes dominus Johannes, plebanus in Notze, Albertus Lupus de Swartenbeke, Volradus de Zule et alij quam plures clerici et layci fidedigni. Ad obseruanciam premissorum presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum anno Domini M CCC.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel des Herzogs Johann II. von Lauenburg.

XVI.

Der Rath von Braunschweig giebt dem Rathe von Lübeck die Versicherung, dass zu den Hüten, die in Braunschweig gemacht werden, nur die beste Wolle verwandt werde. O. J. (Anfang des 14. Jahrhunderts.)

Honorabilibus viris et discretis . . advocato . . consulibus in Lubeke . . consules ciuitatis Brunswick | seruicium in omnibus expositum et paratum. Ad nostram presenciam a pileatoribus nostris conciuibus est dela|tum, quod ipsorum pilia in opido vestro vendita sint pro infecta materia reputata, super

quo coloratores | piliorum huiusmodi a nobis requisiti taliter responderunt, quod pilia iam habita facta fuerint de tam bona lana sicut in partibus nostris aliqua melior invenitur, ad[d]icientes, quod in Brunswich pilia de lana a pannis rasa non soleant confici vel parari. Nam si talis casus aut sinister consimilis apud nos emergeret, illum incorrectum nullatenus transiremus; verum cum pilia supradicta a viris, quibus creditur, sint probata, rogamus honestatem vestram diligencia cum exacta, quatinus nostri seruicii ob inspectum tam vestrum conciuem, qui ista pilia comparauit, quam nostros burgenses, qui ea sibi vendiderunt, a suspicione huiusmodi exemptos habeatis penitus et immunes.

In dorso: Honorabilibus viris et discretis . . dominis . . advocato . . consulibus in Lubeke.

Nach dem in Briefform zusammengefaltet gewesenen Original auf Pergament auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist fast gänzlich abgesprungen.

XVII.

Heinrich I., Graf von Holstein und Schauenburg, empfiehlt dem Rathe von Lübeck den Arnold von Alverstorp in Beziehung auf einen Streit desselben mit einigen Lübeckischen Bürgern. O. J. (Vor 1304.) [1]

Hinricus, Dei gracia comes Holtsacie et in Schowenborch. Honorabilibus viris et in omni discre|cione circumspectis, vniuersitati consulum in Lubeke, promocionis et honoris quantum preualet. Cum || de vestra discrecione confidenciam omnis boni habeamus, qua propter vestram presentibus discrecionem exo|ramus, exaudiri cupientes, quatinus Arnoldum dictum de Aluerdestorp, vasallum nostrum necnon seruum nobis fidelem et dilectum, in causa, que vertitur inter quosdam vestros conciues et ipsum ex parte altera, nostre peticionis intuitu dignemini fideliter promouere, scientes, si preces nostre erga vos fuerint exaudite, hoc in causa simili uel maiori promereri affectamus.

In dorso: Honorabilibus viris, consulibus in Lubeke, hec littera presentetur.

Nach dem in Briefform zusammengelegten Original auf der Trese, an welchem die Einschnitte für das Siegelband und Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels sichtbar sind.

---

[1]) Eine nähere Beziehung der Urkunde ergiebt sich nicht. Die Handschrift weist entschieden auf die Zeit des Grafen Heinrich I. hin, dessen Todesjahr 1304 ist. Der Knappe Arnoldus de Aluerstorpe wird Bd. II. S. 140 zum Jahre 1303 genannt.

Digitized by Google

XVIII.

Segebandus, Thesaurarius der Lübeckischen Kirche, beschwert sich bei dem Rathe von Lübeck über die aus persönlicher Rachsucht gegen ihn von dem Knappen Hinrich Bremer geschehene Verwüstung von Dörfern, welche der Lübeckischen Kirche gehören. O. J. (1294—1312).[1]

Honorabilibus viris consulibus ciuitatis Lubicensis Segebandus, Lubicensis ecclesie thesaurarius, quicquid ‖ poterit obsequij et honoris. Nouerit vestra honestas, quod Hinricus dictus Bremere, famulus, cum arma‖tis ad expedicionem paratis intrauit villas ecclesie et colonos earum grauiter lesit dampnis, ‖ quod ipse in odium et dampnum meum se fecisse est publice protestatus, sicut michi per fidedignos verius est relatum, quorum testimonium ad hoc, si necesse fuerit, michi poterit suffragari. Causam, quam contra me mouet, viri valenciores huius terre sciunt penitus esse nullam. Fratris enim defuncti sui petit bona, ad que nullum habet ius, sicut idem suus frater a multis annis vsque ad exitum spiritus, ipso hic presente, est plenius atque lucidius protestatus et est plurimis manifestum. Idem eciam Hinricus intrat et exit ciuitatem et fratribus meis et michi molitur insidias, sicut coram pluribus audientibus est confessus. Vnde honestatem vestram exoro, quatenus taliter agere justicie causa curetis, ne dictus homo in sua iniusticia foueatur, nunquam enim eidem denegatum est iusticie complementum.

In dorso: Honorabilibus viris consulibus Lubicensibus.

Nach dem Original auf der Trese. Von dem Siegel ist nichts mehr zu sehen. Die Einschnitte für das Siegelband sind vorhanden.

XIX.

Der Rath von Rostock bekennt sich zu einer Schuld an (die Lübeckischen Bürger) Johann und Hinrich Lange. 1314. April 17.

Omnibus presens scriptum visuris seu audituris consules de Rostoc salutem in Domino. Tenore presencium recognoscimus et constare volumus vniuersis, nos teneri obligatos ad soluendum viris honestis, Johanni et Hinrico

---

1) In den Jahren 1294 bis 1312 war Segebandus Thesaurarius, später Dechant, in welcher Würde er dem nachmaligen Bischof Heinrich Bokholt folgte, der 1312, März 3, noch Dechant, am 28. October desselben Jahres Propst heisst. Urk.-B. d. Bisth. Lübeck I., 329. 431. 442. 444. 445 p. 541.

Digitized by Google

Lange fratribus, quingentas marcas denariorum slauicalium iusti racione debiti ex parte ciuitatis nostre, quam summam denariorum ipsis aut ipsorum veris heredibus soluere debemus in feste Purificacionis beate Marie Virginis nunc proxime venturo absque longiori prorogacione termini in paratis denariis et vltra quaslibet centum marcas decem marcas racione reddituum superaddere. Quod si facere neglexerimus, quod absit, dicti Johannes et Hinricus aut ipsorum heredes nos, ciues nostros et bona nostra vbique locorum arrestare poterunt, nec domini nec ciuitates nos pre ipsis conducere debebunt. Et huic arbitrio nos sponte subicimus atque pene. In quorum testimonium sigillum ciuitatis nostre presentibus est appensum. Datum anno Domini M CCC XIIII, feria quarta post dominicam Quasi modo geniti.

Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuches von 1385 Egidii, in welcher zugleich bezeugt wird, dass der Sohn des einen Gläubigers dem Sohne des andern seinen Antheil an der Forderung überlassen habe.

XX.

Der Ritter Marquard von Tralow und seine Söhne Marquard, Hartwich und Hermann verkaufen für 38 m$ Lüb. Pf. dem Lübeckischen Bürger Bertold von Yddeste einige Wiesen an der Trave. 1323. Septbr. 29.

Vniuersis presencia visuris seu audituris Marquardus de Tralowe, miles, Marquardus, Hartwicus et Hermannus, eius filii, salutem in domino. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, nos cum consensu et voluntate heredum et proximiorum nostrorum rite et racionabiliter vendidisse viro discreto Bertoldo de Yddeste, ciui Lubicensi, et suis heredibus veris pro triginta octo marcis denariorum lubicensium nobis omnimode persolutis nostra prata dicta Sweperode et Koghenwisch ac omnia prata nostra sita supra Kneghene, extendencia se tam supra Trauenam quam supra Kneghenenbeke, et eciam montem siue agrum eisdem vendidimus pro pecunia prenarrata situm penes pratum Heidenrici, necnon quatuor pecias terre in Elrenbroke sitas, supra Trauenam se extendentes, quibus omnibus vtentur cum omni iure libere pacifice et quiete, prout sita sunt et comprehensa, nec tamen inde ad seruicia uel ad exactiones aliquas siue censum uel huram obligantur. Vias insuper liberas habebunt et eligere poterunt de huiusmodi agris et pratis ad (a)quas, vbi eis magis viderint expedire et quas duxerint eligendas. Ceterum

Digitized by Google

prestabimus eisdem emptoribus in bonis venditis prenarratis plenam warandiam atque iustam. Preterea predictus Bertoldus et sui heredes nobis hanc graciam concesserunt, quod dicta bona infra sex annos continuos et immediate a presencium compilacione currentes, tribus primis annis elapsis, in quibus dicta bona reemere non valemus, in quarto uel quinto uel sexto anno in festo beati Michahelis reemere possimus pro eadem pecunie summa ipsis intra Lubeke in parata pecunia persoluenda. Dictis eciam bonis per nos uel nostros heredes reemptis in termino prenarrato ipse Bertoldus et sui heredes ipsa bona omnia prenotata per duos annos post terminum reempcionis possidebunt libere et quiete et sine hura, prout fecerunt et possiderunt temporibus, quibus ipsa bona pretacta ad ipsos pertinuerunt. Memoratis eciam sex annis euolutis dicta bona reemere non valemus, sed dictis Bertoldo et suis heredibus debent cum omni proprietate perpetue pertinere sic, si voluerint, quod ea in personas ecclesiasticas aut seculares, quacunque ali[g]enacione decreuerint, transferre valeant, prout sibi viderint oportunum. Super premissis omnibus sic firmiter seruandis vna nobiscum promiserunt in solidum fide data Hermannus Longus de Tralowe, Volradus de Reuentlo et Marquardus de Wesenberge, milites, ac Johannes de Tralowe, frater mei Marquardi primo nominati, Johannes de Lasbeke, Marquardus Schacht et Hinricus de Tralowe, famuli, vt, si defectum aut obstaculum in premissis habuerint, nos respondere et satisfacere debeamus uel vna cum compromissoribus nostris ciuitatem Hamburgensem uel Kylonensem uel ciuitatem Seghebergensem infra quindenam, postquam requisiti fuerimus, ad iacendum intrabimus, non exituri, nisi ipsis sit per omnia satisfactum. Si eciam aliquem ex hijs compromissoribus medio tempore mori contingat, nos Marquardus et Johannes de Tralowe, fratres, et nostri heredes infra quindenam, postquam requiremur, loco illius statuere tenebimur virum alium eque dignum uel vnam de ciuitatibus predictis ad iacendum intrabimus, non exituri, nisi loco illius alius equeualens sit statutus. In quorum omnium testimonium sigilla nostra et dictorum nostrorum compromissorum presentibus sunt appensa. Datum Dodeslo, anno Domini M CCC XXIII, in festo Michahelis archangeli. Amen.

Aufgenommen in eine den Wiederverkauf der Wiesen betreffende, weiter unten folgende Urkunde vom 22. Aug. 1368.

Digitized by Google

XXI.

Albrecht IV., Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, urkundet über mehrere Verfügungen des Knappen Johannes Muggesveld zu Gunsten des Priesters Albert Witte in Mölln, des Heil. Geist-Hauses und einer Vicarie daselbst. 1331. Septbr. 25. [1]

Albertus, Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie. Omnibus, ad quos presens scriptum ‖ peruenerit, salutem in Domino sempiternam. Quod [2] Johannes dictus Mughesuelt, famulus, ven‖diderit duos mansos cum omni jure et seruicio ac prouentibus in Bredenuelde sitos, ‖ quos colunt Henneke dictus Thureke et Hermannus Herdeghes, domino Alberto Albo, presbitero in Molne, et quibus ipse fauerit vendendo aut erogando aut obligando in testamento vel extra testamentum, pro sexaginta marcis denariorum, ad sex annos habens reempcionem pro eisdem, et quod omnem respectum, qui anual dicitur, quem habuit ad totam villam Alberdesuelde, resingnauerit ad manus domini Alberti et domus Sancti Spiritus in Molne, nichil amplius inpetendo per se vel per alios quoquo modo, et quod eciam consenserit, quod bona, in quibus moratur Hinricus Svagher et filij sui, sint ad perpetuam vicariam dotata in Molne, et quod ratum seruat, quod frater suus hec omnia fecerit, et domino Alberto iam dicto eciam vnum mansum, quem colit in Bredenuelde dictus Dene, pro triginta marcis denariorum vendiderit tytulo reempcionis coram nobis viua voce, hec omnia resingnauerit et fide data promiserit domino Alberto Albo et domino Johanni Scarpenberch, militi, se velle et debere hec omnia inuiolabiliter obseruare. Et nos per omnia ratum et firmum seruantes, quod per apposicionem sigilli nostri duximus approbandum. Datum Molne, anno Domini M̊ CC̊C XXXI, feria quarta post Mauricij et sociorum eius.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem, nicht ganz unversehrtem Reitersiegel.

---

1) Vgl. Bd. II. Anm. zu № 597.

2) *Protestamur* oder ein ähnliches Wort ist hinzuzudenken. Vgl. übrigens den gleichfalls regellosen Schluss der Urkunde.

Digitized by Google

XXII.

Die Brüder Hermann, Lambert und Hinrich von Raboysen bezeugen dem Rathe von Lübeck die Unschuld ihres Knechtes Heynekinus von Specin und erklären sich bereit, dies, wann und wo es dem Rathe gefällig sei, zu beeidigen. O. J. (1334?) [1]

Honorabilibus viris ac discretis dominis (consulibus ciuitatis Lubicensis), Hermannus, Lambertus et ‖ Hinricus fratres dicti de Raboysen prom(tum in omn)[2]ibus famulatum. Ex quorundam relatibus ‖ intelleximus, quendam nostrum famulum, Heynekinum Specin, per vos inculpari pro ‖ rapina, cuius innocens et irreus est Deo teste, quod eciam cum quam plurimis famosis et probis notificabimus et protestabimur, si necesse fuerit, nostroque jure confirmantes, prout vobis placuerit. Quare petimus studiose, nobis rescribi, quando et vbi volueritis nostrum jus sumere super isto, quod vobis promptissime cum quamplurimis fidedignis faciemus. Valete in Christo.

Nach dem Original auf der Trese. Mit aufgedrückt gewesenem Siegel.

XXIII.

Albrecht IV., Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, und seine Gemahlin Beata verkaufen dem Albert Witte, Vicar an der Heil. Geist-Capelle in Mölln, und dem Nicolaus, Rector der Kirche in Nusse und Decan der Kalandsbrüder daselbst, für 130 m℔ eine jährliche Einnahme von 10 m℔ aus dem Wasserlauf in die Stecknitz bei dem Dorfe Stenborg. 1336. Aug. 14.

In nomine Domini amen. Albertus, Dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie. Vniuersis presencia visuris vel audituris salutem in Domino et notici‖am rei geste. Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri, quod nos sano consilio vasallorum nostrorum ducti, de consensu et beneplacito dilecte vxoris nostre, ‖ domine Beate, vendidimus rite et racionabiliter discretis viris dominis Alberto Albi, perpetuo vicario capelle domus Sancti Spiritus in Molne, et Nicolao, rectori ‖ ecclesie in Notze, decano fratrum kalendarum ibidem, pro se et ceteris suis confratribus kalendarum, ementibus et recipientibus, decem marcarum redditus denariorum lubicensium ad dotem perpetue vicarie dicte capelle pro centum et triginta marcis denariorum lubicensium nobis numeratis et integre solutis ac in vtilitatem nostram et predicte vxoris nostre

1) Vgl. Bd. II. № 598. 2) Die eingeklammerten Stellen sind ergänzt; in der Urkunde fehlt ein Stück.

conuersis. Quos quidem redditus decem marcarum idem dominus Albertus, quamdiu vixerit, et quicunque post obitum eius predicte capelle perpetuus vicarius pro tempore fuerit, de aqueductu in Stekenitze prope villam Stenborgh facto et dicto szluze in perpetuum singulis annis sine aliqua diminucione et impedimento integre et expedite percipient et habebunt, sic videlicet, quod quicunque dicte capelle perpetuus vicarius fuerit, per se vel per nuncium suum, quem ad hoc deputauerit, dictos redditus singulis annis in crastino Assumpcionis beate Marie Virginis de prouentibus de dictis szluzen venientibus incipiet colligere et percipere, manens in huiusmodi collectione et percepcione quiete et pacifice sine contradictione et impedimento cuiuscunque, quousque dictos redditus decem marcarum collegerit et habuerit integre et ex toto. Et ius patronatus predicte vicarie domina Beata, vxor nostra predicta, quam diu vixerit, optinebit et ea mortua quecunque antiquior domina nostri ducatus exstiterit, idem ius patronatus habebit. Et pro nobis et nostris heredibus in hijs scriptis promittimus bona fide, quod nunquam vicario dicte capelle super dictis redditibus per nos vel per alios litem inferemus vel inferentibus consenciemus, sed predictum vicarium, quicunque pro tempore fuerit, ad percipiendum et colligendum dictos redditus decem marcarum cum omni fide et exacta diligencia defendemus. Nec vnquam nos debebimus nec heredes nostri vnquam debebunt vendere, obligare vel locare aut donare alicui alteri redditus antedictos. Renunciamus ergo pro nobis et nostris heredibus omni excepcioni, actioni et iuris ciuilis ac iuris ecclesiastici beneficio et auxilio, per que premissa vendicio posset vnquam in iudicio vel extra iudicium infringi aut quomodolibet inpugnari. Et in testimonium omnium premissorum sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum. Et nos Beata, Dei gracia ducissa Saxonie, Angarie et Westfalie, vxor illustris principis, domini Alberti ducis Saxonie predicti, omnibus et singulis premissis plene consencientes, in testimonium consensus nostri premissis adhibiti sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes huius rei sunt strenui viri Detleuus et Walrauenus de Duuense, fratres, Johannes Scharpenbergh et Marquardus Wlf, milites, Schophenborgh, Hinricus Smylowe, famuli, et alij quamplures fidedigni ad premissa vocati specialiter et rogati. Datum et actum Molne, anno Domini millesimo CCC tricentesimo sexto, in vigilia Assumpcionis beate Marie Virginis.

Nach dem Original auf der Trese. Mit beiden anhangenden Siegeln. Das Siegel der Herzogin ist viel kleiner als das des Herzogs und rund. Es zeigt die ganze Figur der Herzogin, auf einer Bank sitzend, in der rechten Hand hält sie den Helm über dem sächsischen Schild, in der linken den Helm über dem quergetheilten Schild der Grafen von Schwerin. Die Umschrift lautet: + S' BEATE DVCISSE SAXONIE.

Digitized by Google

XXIV.

Johannes Holdenstede, Procurator des Raths zu Hamburg, protestirt gegen die Jurisdiction des Gerhard von Lochem, da derselbe nicht rechtmässiger Decan der Lübeckischen Kirche sei. 1337. Aug. 6.

Coram vobis, — domino Gerardo de Lochem, qui vos asseritis decanum ecclesie Lubecensis — ego Johannes Holdenstede laycus, procurator — proconsulum et consulum civium Hamburgensium — dico et propono, — quod decanus ecclesie Lubecensis non estis nec esse potestis — ex eo et pro eo, quod venerabilis in Christo pater, dominus Hinricus, episcopus ecclesie Lubecensis, de sua potencia confidens honorabilem virum, dominum Willelmum Kraack, verum decanum ecclesie Lubecensis predicte, legum doctorem et domini pape cappellanum, in possessione pacifica et quieta eiusdem decanatus existentem, contra Deum et iusticiam temere, de facto et iniuste, in quantum potuit, spoliavit, et Johannem Hildemari, consanguineum suum nunc defunctum, in detrimentum animarum utriusque in dictum decanatum, in quantum in ipso fuit, intrusit violenter; contra quem dominum Hinricum, episcopum predictum et Johannem Hildemari, violentum occupatorem decanatus[1] Lubecensis iam predicti, ipso negocio deducto ad sedem metropoliticam, scilicet Bremensem, lata fuit sentencia diffinitiva per[2] honorabiles viros delegatos reverendi patris et domini, domini Borchardi, sancte Bremensis[3] ecclesie archiepiscopi, metropolitani episcopi Lubecensis predicti, pro dicto domino Willelmo, decano Lubecensi predicto, et per sentenciam dictorum delegatorum fuit restitutus ad decanatum predictum, et, ut de iure debuit, per sentenciam eorundem reintegratus ad eundem. Et licet per[4] procuratorem predicti Johannis Hildemari nunc defuncti fuisset frivole ad sedem apostolicam appellatum et ad plures actus apud ipsam sedem apostolicam processum, tamen predictus dominus Hinricus, episcopns ecclesie Lubecensis, pendente causa decanatus predicti, et dicto domino Willelmo, decano Lubecensi, ipsam causam per se et suos procuratores apud sedem apostolicam prosequente, licet ad ipsum episcopum de decanatu providere non pertineret, eciam si vacaret, prout non vacat, ut contemptor sacrorum canonum, pendente lite de decanatu sepedicto apud sedem apostolicam, vos dominum Gerardum de Lochem in eundem decanatum intrusit violenter. — — Preterea — vos, domine Gerarde de Lochem aliquos

1) *ecclesie* ist getilgt. 2) Ms. *quod.* 3) *ecclesie* übergeschrieben.
4) *per* übergeschrieben.

Digitized by Google

actus iudiciales facere et exercere non potestis, ex eo scilicet, quod sentencia maioris excommunicacionis estis ligatus et involutus ab archidiacono terre Tribuses, scilicet domino Ludolfo de Bulowe, tunc archidiacono, nunc vero episcopo ecclesie Zwerinensis, qui vos cum vestris complicibus excommunicavit —, pro eo quod dominum Hinricum Bulowe, thezaurarium ecclesie Zwerinensis, turbastis et impedivistis in possessione ecclesie Sundensis.

Aus einem grösseren Aktenstück im Archiv zu Hamburg, betreffend Appellation des Johann von Holdenstede, Procurators der Rathmannen von Hamburg d. d. 1337 Sept. 16. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

XXV.

Wilhelm Kraak erklärt, dass Gerhard von Lochem nicht Decan der Lübeckischen Kirche sei. 1337. Sept. 5. [1]

Omnibus audituris presencia seu visuris ego Willelmus, dictus Craac, doctor legum, decanus Lubicensis et canonicus Zwerinensis ecclesiarum, cupio fore notum et profiteor presentibus et protestor, quod voluntarie et bona fide me obligavi — — ad probandum in curia Romana vel extra — — per procuratorem — — proconsulum et consulum opidi Hamburgensis, — — quod magister Gherardus de Lochem non sit decanus ecclesie Lubicensis et quod per potenciam domini Hinrici, episcopi eiusdem ecclesie Lubicensis, in dictum decanatum sit violenter intrusus, et quod eiusdem decanatus causa adhuc in Romana curia pendeat; item quod magister Johannes de Campis, decanus Hamburgensis et canonicus Zwerinensis ecclesiarum sit periurus, ex eo quod venit et fecit contra iuramentum suum prestitum super statutis et consuetudinibus in ecclesia Zwerinensi hactenus observatis.

In cuius rei testimonium sigillum mei decanatus ecclesie Lubicensis presentibus est appensum.

Aus einem grösseren Actenstück im Archiv zu Hamburg, betreffend Appellation des Johann von Holdenstede, Procurators der Rathmannen von Hamburg d. d. 1337 Sept. 16. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

---

1) Vgl. zu dieser und der vorigen Urkunde Bd. II. № 825 und Urk.-B. d. Bisth. Lübeck Th. I. S. 766. 788. 789, ebend. die beiden Anmerkungen auf S. 827 u. S. 835.

Digitized by Google

XXVI.

Verzeichniss Derer, welche angeschuldigt worden, an den Räubereien der Westensee Theil genommen zu haben. O. J. (1338—1340.) [1]

Hij sunt, qui incusati sunt per dominos consules Lubicenses pro incendiis ‖ et rapinis ipsis per illos de Westense et eorum complices illatis ‖ et se nondum excusauerunt. Primo Luderus de Krummendike ‖ cum XL famulis. Item Gherardus et Thidericus fratres dicti Heken. Item dominus Egghemannus de Ozstehude pro eo, quod habuit X famulos in commitiua. Item Othlembuthle cum XL famulis. Item Ywanus Walstorp. Item Bonehase. Item Reymer Teynmark et frater suus Johannes. Item frater Nicolai de Trente. Item Make Bareke. Item Henneke et Elerus fratres dicti Swyn de Secampe. Item Herbordus Hattorp. Item Obesten. Item Volradus Vole in Gorense. Item Make de Reuenthlo. Item Dyzzowe filius domini Ywani. Item Vrhane sororius Wlpium. Item Vosseke Steen. Item Stanghe gener Marquardi de Emete. Make Bergh. Nicolaus de Ho. Item Dethleuus Vrome. Item Kopus famulus illorum de Plone. Item Oslacht de Wilse. Item Cranz. Item Brutkese. Item Arnoldus Hauerkorn et Willem Wale. Item de Oldenborgh, Albertus de Krempe et Swinekule. Item de Rendesborgh Henneke Vettingh, Hallermunt, Lůchowe, Kopeke,[2] Reual et Henneke Sciphorst. Item de palude Krempis Elerus Herslo, Steneke de Krummesmore et Nicolaus filius domine Ghesen de Olcerstorpe. Item Raceburgenses Vinkenhaghen, Paulus Schutte, Koningh et Suringh.

Item duo Massowen. Item Sudencorf. Item cruse Claus. Item Hauelbergh. Item Broksee. Item Petrus Deftanghe. Item frater domini Marquardi Breyden. Item Gůdebreyde. Item juuenis Partzowe. Item molendinarius in Pluncowe.

In dorso: Item causa Glusinghes, aduocati in Ytzeho et suorum famulorum Alberti de Krempe, Sculemborghes et Marquardi de Kampen.

Nach dem Original — einem breiten Pergamentstreifen — auf der Trese.

---

1) Vgl. Bd. II. № 1074. Obiges Verzeichniss ist ohne Zweifel dasselbe, welches in dieser Urkunde als den Grafen Gerhard und Johann überliefert erwähnt wird.

2) Im Orig. steht ein Punktum zwischen den Namen Kopeke und Reual.

Digitized by Google

XXVII.

Schöffen und Rathmänner von Kampen beglaubigen bei dem Rathe von Lübeck ihre Abgeordneten, die Rathmänner Lambert Balduinsson und Thomas Tosläger. O. J. (1341?) [1]

Honorabilibus viris ac magna prouidencia decoratis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, amicis nostris | carissimis, scabini ac consules in Campen, quidquid poterint seruicij et honoris intimo cum affectu. | Ad vestram prouidenciam transmittimus Lambertum filium Boldewini ac Thomam dictum Touslaegher, nostri | consilij socios predilectos, vestram prouidenciam attente requirentes, vt verbis eorum, que ad presens ex parte nostri vobis dixerint, credere velitis tamquam nobis ipsosque in nostris negociis ipsis commissis, quemadmodum de vobis confidimus, promoueatis, cupientes id apud vos deseruire. Valete, nobis in omnibus precipientes.

Nach dem Originale auf der Trese, mit den Einschnitten für das durchgezogene Siegelband und der Spur des aufgedrückt gewesenen grossen Siegels (desselben, mit welchem Urk.-B. II., 549 beglaubigt ist), das den Brief schloss.

XXVIII.

Geleitsbrief des Knappen Heyno Brockdorf für den Bewohner von Kallingborg, seinen Untergehörigen, Thode. 1342. März 30.

Omnibus presencia visuris seu audituris Heyno Brokdorp, armiger, in Domino salutem || sempiternam. Nouerint vniuersi, me litteram securitatis firmique conductus exhibi||tori presencium, Thoden, villano meo in Kallinghborch contulisse, mediante qua | ipsum Thoden pre me meisque et omnibus causa mei facere vel omittere volentibus cum naue sua rebusque suis et famulis tam in mare (!) quam in terra sub firmo conductu et stabili securabo absque omni doli prauitatis.[2] Quare omnes et singulos, ad quos prefatus declinauerit cum bonis suis aut absque, summe habeo exoratos, quatenus ipsum ob respectu(m) mei seruicij beniuolenter promoueant nec agrauari in aliquo admittant, quod circa omnes hoc facientes promereri volo requisitus. Datum anno Domini M̊ CC̊C X̊L secundo, in Vigilia Pache.

Nach dem Originale auf der Trese, mit dem Rest des anhangenden Siegels.[3]

---

1) Die beiden Genannten kommen als Campenser Gesandte in Norwegen i. J. 1341 vor. Dipl. Norv. I. № 151. Charters en Bescheiden van Kampen. Dev. 1861. p. 44. 47. In Lüb. Urk.-Buch Bd. III. № 264 wird angegeben, dass Thomas Toslåger 1352 Vogt in Schonen war. Vielleicht bezieht das Schreiben sich auch auf die dort erwähnten Verhältnisse und würde in diesem Falle später zu datiren sein.

2) l. *omni (omnis?) doli prauitate.*

3) Das Siegel ist beschrieben in Siegel des Mittelalters aus den Archiven der Stadt Lübeck. Heft 3. S. 18.

XXIX.

Geleitsbrief des Ritters Heinrich Wend für den Hennekinus Norke. 1342. April 7.

Omnibus presens scriptum cernentibus Henricus dictus Windh, miles, salutem ‖ in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod exhibitori presencium, Hennechino ‖ dicto Norke, pro omni societate in Rafnsburgh et pro omnibus aliis in terra ‖ Lalandie existentibus causa mei facere vel omittere volentibus plenum et securum confero conductum per presentes. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊ CC̊C quadragesimo secundo, dominica Quasi modo geniti.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhängendem Siegel. (Bärenkopf mit aufgesperrtem Rachen, ähnlich dem der Buchwald.)

XXX.

Albrecht IV., Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, bekennt, dem Rathe der Stadt Mölln 400 ℳ Lüb. Pf. schuldig zu sein, und verpflichtet sich, unter Verpfändung seiner Schleuse bei Mölln, sie am nächsten Pfingsttage zu bezahlen. 1342. Juli 21.

Wy Albert, van der gnade Ghodes eyn hertoghe to Sassen, Engeren, Westphalen vnde des Romeschen Rykes ‖ eyn marschalk. Betughen openbare in desseme breue, dat wy schuldich sint beschedenen luden, vnsen leuen ‖ ratluden to Molne, de nu sint vnde to komende sint, verhunderd mark lubischer penninge, de schole wy en ‖ betalen sunder jenegherleyge quade lyst noch weddersprake edder vortovinge in der hochtid to Pinchten, de neghest kumt, an reden penningen. Were ouer dat wy desse vorbenomede penninge nycht betaleden in der vorbeschreuen tid vnsen vorsproken ratluden, so scholen se treden in vnse sluze, dar ane vp to borende alle rente, de dar van komende is van der vornomenden hochtid to Pinchten went in de tid vnde stunde, dat se verhunderd mark ghansliken hebben vpgheboret. Desse bref is ghegeuen vnde ghescreuen van Godes bort dusen(d) jar drehunderd jar in deme tveundeverteghiste jare, vnder vnseme groten ynghezeghele, in sunte Marien Magdalenen auende.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem wohlerhaltenen Siegel.

Digitized by Google

XXXI.

Peter, Erzbischof von Lund, erwiedert dem Herzoge Otto von Braunschweig und Lüneburg, dass der König Magnus von Schweden nur die Kaufleute von Hamburg, Lübeck, Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswalde belästigen lasse, alle übrigen Kaufleute aber ungehindert nach seinen Landen reisen und Handel treiben können. O. J. (1342.) [1]

Magnifico principi, domino Ottoni de Brunswik et Luneborgh, Petrus, Dei gratia Lundensis archiepiscopus, Swecie primas, honoris et beneplaciti quicquid poterit cum salute. Literas vestras recepimus continentes, quod quidam mercatores conqueruntur, se magnum dampnum racione guerre, que vertitur inter Lubicenses et principes, recepisse et quod pro ipsis mercatoribus apud dominum nostrum, regem Swecie, intercedere dignaremur. Nos igitur ad vestra beneplacita parati eundem dominum nostrum regem, vt melius potuimus, informauimus de premissis, qui respondit, quod nullos mercatores nisi ipsos de Hamborgh, Lybek, Wismar, Rozstok, Stralesund et Gripswald, suos manifestos emulos, impediri fecerit aut faciet, sed mercatores aliunde ad dominia dicti domini nostri regis securi, vt nobis asseruit et publicari fecerit, valeant peruenire et sua commoda procurare. In Christo valete. Scriptum Lundis, nostro sub secreto.

In dorso: Magnifico principi, domino Ottoni, duci de Brunswik et Luneborgh.

Nach dem Abdruck bei Sudendorf, Urkunden zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg und ihrer Lande. Th. II. S. 1, aus dem Original im Stadtarchiv zu Lüneburg.

XXXII.

Klage der Stadt Hamburg über die von dem verstorbenen Grafen Gerhard von Holstein, seinen Söhnen Heinrich und Nicolaus und den holsteinischen Vasallen den Hamburgern zugefügten Beraubungen und Beschädigungen. O. J. (1342.) [2]

We ratmanne vnde de menen borghere der stad to Hamborch claghen vmme menegherhande scaden, de vs van | greuen Gherede, vseme heren, de wile dat he leuede, vnde na van sinen sonen, greuen Hinrike vnde greuen |

1) Vgl. Bd. II. № 751. 752. 770. 771.

2) Vgl. Bd. II. № 750. 755. 756. 758. 759. 1083. Bd. III. № 100.

Digitized by Google

Nicolause, vnde van eren mannen ghescheien sint tieghen vse vryheit vnde dat recht, de vs greue Ghe||rad vnde sine elderen hebbet ghegheuen vnde ghestedighet.

To deme ersten claghe wy Hinric Gerbode, Johan vern Leneken sone, Ludolf Volteken vnde Hinrick Zedewer vnde andere vse borghere, dat wi weren ghekomen to Itzeho in greuen Gherardes slot to deme vrygen markede, dar nam greue Ghered vorebenomt vsen borgheren voreseghet al ere gůd binnen velecheit vnde in deme vrigen markede tieghent recht, mer wolden vse borghere ere gůd weder hebben, se mosten gheuen greuen Gherede vierhundert marck.

Vortmer claghe wi sunderliken vmme dit stucke, dat vs schut vp der Elue thvischen vser stad vnde der se, swanne vser borghere schep dar set werdet tieghen de grunt van ebbe eder van jenegherhande wanhode, dat der greuen man van Holzsten vnde ere voghede, de dar neghest wonet, berouet se eres gődes vnde erer schepe weldichliken weder God vnde de rechticheit vnde weder wonheit vnde olde besittinghe, dat oc ny nen recht ne was.

Alse greue Ghered nam vsen borgheren en scip vol beres, dar wol vertich voder berẽs inne weren, vppe der Store, alse gůd alse thve hundert marck, dar en ny nicht likes vore en schach.

Vortmer claghe wy, dat her Nicolaus van deme Krummendyke, greuen Gheredes man, nam to Bruchtorpe Nicolause Heygen vnde siner kumpenige druteyn wischepel haueren, alse gůd alse sesteyn marck.

Vortmer claghe wi, dat Blockesberch nam vsen borgheren vor der Store vif marck reder penninghe, vnde in kost, dar se ere schip mede spisen scolden, alse gůd alse vif marck.

Vortmer nam he Egidiuse, deme valkenere, ane sine scult enen valken, alse gůd alse achte marck, den he in deme lande to Dithmerschen hadde ghekoft. De sulue Egidius hadde ghekoft in deme hertechdome to Sleswic achteyn voghele, alse valken, haueke vnde andere voghele, de alse gůd weren alse viftich marck, de nam eme greue Ghered binnen Itzeho vorbenomt, dar eme ny nicht likes vore ne schach.

Vortmer claghe wi, dat de zulue greue nam Wyllere vif perde vt sineme waghene ane sine schult dar, der ne wolde he eme dor nener bede willen weder gheuen.

Vortmer claghe wi, dat greuen Gheredes ammechtlude nemen Rodinghe van der Cronhorst ses perde binnen Rendesborch, alse gůd alse hundert

Digitized by Google

marck, vnde nemen ock Gunthere Witzekendorpe neghen perde, alse gûd alse sestich marck.

Vortmer claghe wi, dat Volrad Glusingh, greuen Gheredes voghet, nam Bertramme Tolner vnde siner kumpenige vppe der Store, dar se leghen velich mit eren schepen, vnde Syuerde Gultzowen vnde Kerstene van Stelle vnde erer kumpenige in solte vnde in bere, alse gûd alse seuentech marck.

Vortmer claghe wy, dat Hasse vanme Krummendyke nam Brunswike vnde Alberte van Ghestorpe vnde erer kumpenige vppe der Store in goder velicheit in bere alse gûd, alse hundert vnde vier vnde achtetech marck, dat quam to Wilstermunde, do men dat zulue buwede.

Vortmer claghe wy, dat greuen Gheredes man hebbet dicke vnde dicke vsen knokenhoweren ere quic ghenomen zunder ere schult, dar en ny nicht lykes vore ne schach.

Vortmer claghe wy, dat Luder vnde Ywan van deme Crummendyke nemen Henneken Hogeres in der Elue binnen deme lantvrede in den jaren vses heren Godes dusent drehundert in deme dre vnde dritteghesten jare, des mitwekenes vor Pinckesten enen kanen gheladen mit vser borghere gûde, den se vorden in de Store vnde behelden den, de alse gûd was mit deme gûde alse hundert marck. Dat vervolghede wi vor ghreuen Gherede, ereme rechten herren, dar en ne mochte vs ny vore schen minne efte recht na deme lantfrede, men he heet vs, dat wi se scolden vervesten in vser stad na deme lantfrede, vnde wanne dat gheschen were, so welde he ock des ghelick don in sineme lande. Na sineme hete so lode wi de vorbenomeden van deme Crummendyke in eneme hegheden dinghe drie, dat se quemen vnde beterden vnde wederlegheden den scaden, den se vsen borgheren tieghen dat recht ghedaen hedden. Des en quemen se nicht, vnde wi legheden se vredelos mit rechte. Do wi dat ghedaen hadden na hete greuen Gheredes voreseghet, do bede wy ene, dat he des ghelick dede vnde leghede se vredelos in sineme lande, alse he vs ghelouet hadde. Des seghede he, dat he des nicht don ne wolde. Dar nam he de vorschreuenen vredebrekere in sin denest, vnde se reden mit eme to Denemarken.

Na deme dode greuen Gheredes, in dat jar vses heren Godes dusent drehundert in deme vierteghesten jare, vor Pinkesten, reden der vorebenomeden Krummendyker knechte vor vse stad vnde roueden vs vnde nemen dar perde vt vif waghenen, de se voreden in de stad to Itzeho vnde to deme Crummendyke in de slote vnde in dat lant greuen Hinrikes vnde greuen

Digitized by Google

Nicolauses. Des sende wi vse kumpane to Lubeke to der jeghenwardicheit der vorbenomden herren, dar bi weren ere man, her Hartwich van Reuentlo, her Hinric Split, her Nicolaus van deme Crummendyke vnde her Hartwich van deme Krummendyke, ryddere, Hasse van deme Krummendyke vnde Hinric van Nubele, knapen, vnde clagheden en ouer den scaden, den ere man vs hadden ghedaen in deme schepe vorbenomet, vnde ock vmme de perde, de se na eres vader dode nemen, alse hir voreschreuen steyt, vnde ock dat wy des warliken weren berichtet, dat de zuluen van deme Krummendyke vnde vele andere ere man vs wolden vervanghen mit deme erghesten, dat se mochten, alse se id na wllenbrachten. Dar antwerden se to vnde segheden, se wolden spreken ere man, dar wy ouer clagheden vnde wolden vs breue senden, so wat wi dar inne vvnden, dar scolde wi vs na rechten. Des sanden se vs ere opene breue, de vs quemen des dincsedaghes na sunte Peteres vnde sunte Paweles daghe to, wi velech scolden to en komen in ere slot to Itzeho vnde velich weder to Hamborch vor alle de van deme Krummendyke. Alse vse kumpane do rede weren to ridende vppe den suluen veleghen dach des mitwekenes, do reden de van deme Crummendyke voreseghet vor vse stad vt deme lande vnde den sloten der vorbenomden herren, ze vnde ere helpere, der herren man, vnde roueden vnde branden vs vnde sloghen vs doden vnde wndeden vs lude. Do se dessen voreschreuenen schaden vs ghedaen hadden, do reden se weder to Itzeho vnde to deme Krummendyke vorbenomet mit deme roue. Dar ne leten se sick nicht an ghenoghen, se en roueden vnde branden vs vele vnde dicke al vser borghere gûd, wor se id hadden, bi nachtslapender tit vnde openbare, vnde sloghen vs doden vnde venghen vs vanghenen, vnde sunderliken enen, do he nicht en gheuen ne mochte, do sneden se eme de oren af. Do vs desse voresprokenen dinck gheschen weren binnen der velicheit greuen Hinrikes vnde greue(n) Nicolaweses, do kundeghede wi it den heren, herteghen Alberte van Sassen, greuen Johanne, greuen Nicolawese vnde greuen Hinrike to Odeslo, vnde segheden den vorbenomden herren, greuen Hinrike vnde greuen Nicolawese, ne hûlpen se vs nicht minne oder rechtes ouer ere man vmme de welde vnde dat vnrecht, dat se vs ghedaen hadden, wi mosten vnde wolden vs kerren in den wech, dar wi raet vnde helpe wnden. Des legheden se vs do enen dach to Lubeke. Do wi dar quemen, do antwerde vs greue Clawes vppe de claghe, de wi vor den vorbenomeden herren to Odeslo ghedaen hadden, wolde wi de doden ghelden, de gheslaghen worden in noetwere, do se vs vorvenghen vor

Digitized by Google

vser stad, eder sine guldenen pande losen, de he to Lubeke stande hedde vor seuen hundert marck, so worde vs en sone, vnde anders nicht. Na der thyt so legheden vs de voreschreuenen herren vele daghe, beyde to Odeslo vnde to Lubeke, dar doch de van deme Krummendyke ny ne quemen vnde vs ock ny minne eder recht eschen *(= en schen)* ne mochte. Darna wart vs dach gheleghet to deme Kyle, des bede wy vsen herren, ghreuen Alue van Scowenborch, dat he dar rede van vser weghene, vnde senden vsen scriuere dar mede, dar vs doch ny minne ofte recht en schen ne mochte.

Vortmer claghe wy, dat greue Nicolaus louede vs vor enen veleghen dach vor sine man. Vnder deme daghe wart en deghedinghes dach besproken to Odeslo; do wy to deme daghe scolden riden, do hadden sic besammeled de van Porsvelde vnde andere greuen Nicolaus man, vnde wolden vs hebben vervanghen mit deme arghesten, dat se mochten, men dat wy waernet worden. Dar na, do wi dit kundegheden greuen Hinrike, do seghede he vs den dach vp, vor den vs sin broder greue Nicolaus ghelouet hadde.

Do wi dit langhe vervolghet hadden, alse hir voreschreuen is, vnde vs ny minne eder recht eschen ne mochte na deme lantvrede, do sende wy en vse breue vnde beden vnde maneden se, dat se vs binnen vier weken hulpen minne efte rechtes ouer ere man na deme lantvrede: deden se des nicht, we mosten dar vmme don, des vs noth were. Dat zulue wart ock en vnde eren mannen er dere thijt voreseghet mit deme munde dyckere wen enes, dat wi dor noet willen mosten vnde wolden vs kerren in den wech, dar wi raet vnde helpe wnden.

Vortmer claghe wy, dat vse borghere dycke berouet sint in der greuen leyde van Holzsten grotes drepelken reden gůdes, dar ere leydes lude bi reden. Dit sint, de to ener thijt in ereme leyde ere gud verloren: Heyne Schilt, Wilkyn Juchals vnde Johan Rode. Dit sint, de to ener anderen thijt ere gůd in ereme leyde verloren: Herman Hardenacke, Henneke van deme More, Henneke Doyt vnde Herman Koning, alse ock andere vse borghere vnde gheste dicke vele gudes verloren hebbet in deme suluen leyde.

Vortmer claghe wi swarliken vnde clagheliken, dat de van Tzvle vnde ere helpere binnen velecheit vnde vrede na der thijt, dat en sone thvischen den herren vnde eren mannen, vp ene syden, vnde vs vnde vsen helperen, vppe andere siden, is ghedeghedinghet vnde ghelouet, vs swarliken hebbet vervanghen, dar mede wesen hebbet mit rade vnde mit dad der vorebenomden greuen Hinrikes vnde greuen Nicolaus man vnde ere knechte.

Digitized by Google

Bouen alle ding so claghe wi, alse vs allermest wol to claghende steit, dat wi vmme alle desse voreschreuenen stucke dycke menighe deghedinghe gheholden hebbet mit den vorbenomden vsen herren, vnde wat vs gi vor vsen scaden wart ghelouet, des is vs clene gheholden, vnde se erer manne ny also mechtich wesen ne wolden, dat se vs to rechte se setten wolden, alse se vs to rechte plichtich weren, des wi to scaden hebbet in desseme orleghe aleine mer wen viertich dusent marck hamborgher penninghe.

Hir vmme so bidde wi iu edelen wisen herren,[1] dat gi vs in desser sone bi vsen herren vnde eren mannen also bewaren, dat se ere man, de vs ver van(ghen) weder dat recht, it si to lande eder to watere, vs to rechte setten vnde helpen vs wllenkomeliken van en minne eder rechtes sunder ienegherhande arghelijst.

Auf der Rückseite: Actio Hambuigensium contra dominos Gerhardum, quondam comitem Holtzatie, Hinricum et Nicolaum, eius filios et eorum vasallos.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Secret der Stadt Hamburg.

XXXIII.

Der Rath von Rostock erklärt dem Könige Eduard III. von England, dass er an der ihm zur Last gelegten Beraubung Wilhelms von Lethenay völlig unschuldig sei. O. J. (1343.)[2]

Inclito ac glorioso domino suo sincere dilecto, domino Edwardo, regnorum Anglie et Francie regi dominoque Hibernie, consules in Rozstoch cum debita reuerencia ad quelibet beneplacitorum genera se paratos. Nouerit vestra regia magnificencia, nos litteras vestras graciosas nobis continue acceptabiles et gratas reuerenter recepisse ipsasque sane intellexisse, videlicet quod quidam dictus Willelmus de Lethenau, burgensis ville vestre de Rauensere, vobis monstrauit, quod (, cum) quedam mercimonia et bona scilicet bladum, ceram, bordas, cuprum et alias merces, ad valorem ducentarum librarum sterlingorum et amplius, in dictis partibus emisset et ea in quadam naui Jacobi Deuiessone de Lescluse, vocata Ghodwine, vnde Willelmus vester est magister, apud villam Stralessund carcasset, ad partes regni vestri Anglie

1) Vgl. Bd. II. S. 705. Anm. 1.

2) Die Datirung beruht auf der Erwähnung der Fehde mit den Grafen von Holstein und dem König von Schweden im J. 1342 (anno preterito) in № 34. Vgl. Bd. II. № 1079—1082, von welchen vier Urkunden die beiden letzteren demnach ebenfalls in das Jahr 1343 zu setzen sind.

Digitized by Google

exinde traducendum et negociandum inde et commodum suum faciendum, nos de assensu et excitacione burgensium de Lubeke, Wismare, Strallessund et Gripeswald nauem illam cum bonis et mercimoniis in ea existentibus arrestasse voluntarie et voluntatem nostram inde fecisse debuissemus, in ipsius Willelmi non modicum prejudicium et grauamen, nosque predicto Wilhelmo super restitucione bonorum et mercimoniorum suorum ac dampnorum festinum et debitum facere deberemus justicie complementum, prout nobis in casu simili vellemus facturum, sic quod pro defectu justicie per nos faciende vos non oporteret pro ipso Wilhelmo de alio remedio prouidere. Cum igitur nos omnium premissorum scilicet consilio, auxilio et facto omnino simus innocentes, prout innocenciam nostram coram omnibus bonis hominibus, qualiter de jure debebimus, volumus declarare, vestre innate nobilitati ac preeminencie cum magna humilitate et deuocione supplicamus, quatenus amore Dei et justicie nos et nostros conciues de premissa suspicione dignemini habere supportatos, cum breuiter perceperimus, consules de Stralessund premissa perpetrasse; promouentes itaque et promouere facientes nos et nostros conciues vestrum regnum visitantes, nec nobis aut nostris conciuibus per arrestacionem vel quemcumque modum alium aliquid incommodi seu injurie inferri permittatis; recipientes pro hiis a Deo premium sempiternum nostrumque fidele seruicium, licet paucum, perpetue indefessum. Deus vos conseruet ad regimen regnorum vestrorum per tempora longiora. Scriptum Rozstoch, in vigilia beati Jacobi apostoli, nostro sigillo sub secreto.

In dorso: Inclito ac glorioso domino suo sincere dilecto, domino Edwardo, Anglie et Francie regi dominoque Ybernie, detur.

Nach einem unbezeichneten Original im Tower. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

XXXIV.

Der Rath von Stralsund rechtfertigt sich wegen der ihm zur Last gelegten Beraubung des Wilhelm von Lethenay durch Darlegung des Sachverhalts. O. J. (1343.)

Magnifico principi et illustri, domino Edwardo, regi Anglie et Francie et domino Hybernie, ipsorum fauctori gracioso, consules oppidi Stralessund in Almania cum sincero affectu ad eius queuis beneplacita et valida seruicia se continue expositos et procliues. Nouerit vestra regia magnificencia, nos vestras litteras graciosas cum reuerencia, qua decuit, recepisse et easdem nobis

Digitized by Google

cottidie gratas et acceptabiles extitisse ipsasque sane intellexisse: Quia quidam, nomine Willelmus de Lethenay, burgensis ville vestre de Rauensere, monstrauit vobis, quod quedam mercimonia et bona, videlicet bladum, bordas, ceram, cuprum et alias merces ad valenciam ducentarum librarum sterlingorum et amplius in dictis partibus emisset et ea in quadam naui Jacobi Dauiessone de Sluze, vocata Gudwine, vnde Willelmus vester est magister, apud villam de Stralessunde carcasset, exinde ad partes regni vestri Anglie traducendum et negociandum, inde commodum suum faciendum, nos de assensu et excitacione burgensium de Lubeke, Wismere, Rostzok et Gripeswold nauem illam cum bonis et mercimoniis in ea existentibus voluntarie arrestauisse et voluntatem nostram inde fecisse debuissemus, in ipsius Willelmi non modicum dispendium et grauamen, et quod nos eidem Willelmo de restitucione suorum bonorum et de dampnis debitum et festinum faceremus iusticie complementum, prout nobis in casu simili vellemus forefacturum, ita quod pro defectu iusticie per nos faciende vos non oporteret pro ipso Willelmo de alio remedio prouidere. Unde regalem vestram magnificenciam scire affectamus vobis rescribentes in verbo mere veritatis, anno preterito magnam gwerram et dissensionem nos habuisse cum maximo domino, rege Swecie et Norwegie, et comitibus Holtzacie racione huius, quia rex Swecie defensauit et pretuebatur Holtzatos, qui more piratarum vestrum mercatorem de Anglia non solum, sed communem de quibuscunque partibus existentem, vita et bonis priuauerunt et inclitum et nobilissimum principem, dominum Waldemarum, regem Danorum, de suo regno tradiciose expulerunt, cuius ad recuperandum quandam partem sui regni et ad deprimendum predictos piratas fideles fuimus coadiutores et fauctores. Unde, coartati magna karistia anone et victualium per regem et populum predictos, inhibicionem publicam fecimus, quod nullus sub optentu suorum bonorum anonam et victualia deduceret, quia, coacti necessitate vite et honoris, de eis non carere valebamus. Vnde inobedientes et nostram inhibicionem predicti Willelmus et Jacobus Dauiessone parui pendentes siliginem et anonam nauigauerunt ex nostro portu deducendo, qui iure et merito omnia sua bona perexcessissent; sed vestri honoris et amorum causa ac vestri fortunati successus, cuius semper fuimus et adhuc sumus fauctores fauorabiles, eorum bona, que numquam tetigimus nec tacta fuerunt nostri ex parte, videlicet solummodo bladum, permisimus ut reuendiderint, et de omnibus suis, Deo teste, nichil sumpsimus; alia vero eorum mercimonia non inhibuimus eis educenda. Quare vestram regiam sinceritatem summe

Digitized by Google

venerandam rogitamus precum instancia diligenti, quatinus causa Dei et iusticie, cum in premissis perpendimus contra vos et vestros nichil excessisse et vestris maiorem prerogatiuam in hoc fecimus causa vestri, ut sua blada eis frui permisimus ad reuendendum, quod forte nostris in talibus sic transgressis non fecissemus, ut non sinere dignemiui nostris in partibus vestri regni per arrestacionem aut aliud quodcunque incommodum inponi aliquam injuriam et inferri, ut proinde vestris beneplacitis et validis seruiciis tempore quodammodo sic se offerente astricti erimus prompciores.

In dorso: Magnifico principi et illustri, domino Edwardo, regi Anglie et Francie et domino Hibernie, detur.

Nach einem unbezeichneten Original im Tower mit Spuren eines grünen Siegels; die Schrift konnte nur durch künstliche Mittel wieder hergestellt werden. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

XXXV.

Der Rath zu Wismar erklärt dem König Eduard III. von England, dass er an der ihm zur Last gelegten Beraubung des Wilhelm von Lethenay völlig unschuldig sei. O. J. (1343.)

Inclito et multum glorioso et preexcellenti principi, domino Edwardo, regi Anglie atque Francie, domino eorum presincero, consules ciuitatis Wismarie cum maxima obsequiositate et in omni obedientia ad singula ipsius beneplacita et mandata pro sua paruitate se paratos. Noscat vestra regalis magnificencia, quod de subdito vestro Willelmo de Lethenay et de bonis sibi ablatis, de quibus vestras regales litteras cum debita reuerentia recepimus, omnino nichil nobis constat, nec de excitatione seu assensu nostro seu nostrorum in ipso quidquam mali est perpetratum, sed de toto facto sumus immunes per omnia et innocentes. Ex litteris eciam consulum Stralessundensium vobis pro sua excusacione cum narracione facti destinatis nobis, vestra magnificencia salua, videtur, quod per ipsos similiter in dicto vestro subdito nichil contra equitatem et justiciam sit perpetratum. Quare vestram regiam excellenciam et generosam nobilitatem cum maxime humilitatis suspirio obnixius exoramus, quatenus Dei et justicie ob amorem predictos Stralessundenses et nos de premissis penitus habere dignemini excusatos, existentes nobis et nostris, ut de vestra pietate semper consueti sumus, graciosus et benignus; facientes nos proinde, prout alias de jure tenemur, vestre magnificencie ad singula

Digitized by Google

obsequiorum genera esse feruenter obligatos et adstrictos, imperantes nobis in omnibus confidenter.

In dorso: Inclito et glorioso principi, domino Ewardo, regi Anglie atque Francie, detur.

Nach einem unbezeichneten Original im Tower mit Resten eines rothen Siegels. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

XXXVI.

Der Rath von Greifswalde beschwert sich bei dem Könige Eduard III. von England über eine Verfügung der königlichen Kanzlei, nach welcher wegen einer angeblichen Beraubung des Wilhelm von Lethenay Greifswalder Güter in Boston mit Beschlag belegt sind. O. J. (1343.)

Illustrissimo principi ac magnifico et domino, domino Edwardo, regi Anglie, consules ciuitatis Gripeswold cum omni reuerencia promptissimi seruiminis sedulitatem perhenniter duraturam. Ad regalis vestre maiestatis audienciam deducimus per presentes, quod ad nostram grauiter peruenerit notitiam et dolenter, quomodo quidam de regno vestro, videlicet Willekinus de Letheney de Rauenssöre, in vestra cancellaria se bonis suis in mare prope costeras de Rauenssöre spoliatum asseruit; ad cuius instanciam quoddam mandatum de vestra cancellaria fuit directum balliuo ville de sancto Botulpho, in quo inter cetera continebatur, quod preceperitis vicario vestro et oretenus, ut assumpto sibi Roberto de Serneton inquireret de prefato spolio et inquisicione facta, sub suo sigillo et inquisitorum spolii huiusmodi sigillis ad vestram remitteret cancellariam; et quod per inquisicionem inde per vestros vicarium et Robertum captam et in vestram cancellariam retornatam esset compertum, quod aliqui, puta pociores de nostro consilio, memoratum spolium debuerant perpetrasse, et ob hoc dictis balliuis (mandare velitis, ut) infra balliuam suam bona conciuium nostrorum ad certam pecunie summam deberent arrestare. Quapropter regie vestre magnificentie rescribimus super isto, quod de nostris consociis, quibus istud spolium minus juste et perperam, gracia vestra salua, impingitur, quidam illos terminos numquam viderunt et aliqui infra cursum XXXV annorum et amplius ibidem non fuerunt nec eciam sunt aut vmquam fuerunt sustentores seu fautores spoliatorum et malefactorum; sed de omnibus et singulis supradictis sunt coram Deo penitus innocentes; gloriosissime vestre generositati quam intime supplicantes et deuote, quatenus nostri perpetui sernicii intuitu efficere dignemini apud clericos vestre cancellarie pre-

Digitized by Google

sidentes, ne ad emissionem aliarum litterarum, quibus proborum virorum fama leditur et exinde irrecuperabilia dampna suboriri possint, adeo leuiter inducantur. Datum sub nostro secreto, ipso die beate Lucie virginis.

In dorso: Illustrissimo principi ac magnifico domino, domino Edwardo, regi Anglie, presentetur.

Nach einem unbezeichneten Original im Tower mit Spuren eines grünen Siegels. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

XXXVII.

Heinrich von Vemeren, Lübeckischer Procurator bei der päpstlichen Curie, sendet dem Rathe drei bei derselben zu Gunsten der Stadt von ihm ausgewirkte Erlasse. O. J. (1345.) Juli 10. [1]

Noueritis, reuerendi domini mei, consules Lubicenses, quod prepositus et conuentus Nouimonasterij, alias in Bordeshol‖men, vnam litteram apostolicam generalem fecerunt impetrare, quod illi, qui bona eorum monasterij alienauerunt et distraxerunt, ‖ per certum judicem deberent ad restituendum compelli. Vnde ex parte vestra de dicta littera generali caucionem petiui, quod vos et ‖ officiales vestri virtute dicte littere generalis non possetis conueniri. Quam caucionem frater Symon de Stetin, canonicus dicti monasterij, dare, in quantum in eo fuit, refutauit, quia dixit, quod prepositus et conuentus predicti intenderent, vos virtute dicte littere generalis conueniri pro eo, quod quidam Marquardus Bom, aduocatus vester in castro Zeghenberch, ab ipso monasterio quatuordecim equos distraxit et alienauit. Vnde finaliter via iuris caucionem pro vobis optinui, quod vos et officiales vestri et ministri virtute dicte littere non possint conueniri. Item noueritis, quod prepositus monasterij in Zegheberch similiter talem litteram impetrauit, ex qua littera vobis eciam talem caucionem optinui. Eciam post hec dominus Otto, archiepiscopus Bremensis, talem litteram generalem fecit impetrare, de qua similiter caucionem vobis optinui. Vnde dictas tres cauciones sigillatas sigillo auditoris audiencie contradictarum vobis per clericum dominorum meorum, consulum Hamburgensium, mitto, pro quibus caucionibus III florenos exposui. Vnde si aliquis istorum iam predictorum virtute dictarum litterarum generalium vos uel officiales vestros seu aduocatos uel ministros conueniri presumpserit, per dictas caucio-

1) Vgl. Bd. II. № 830. 831. 833.

Digitized by Google

nes vos defendatis. Deus vos conseruet ad regimen ciuitatis vestre per tempora longiora. Scripta Auinione, die dominico ante festum Margarete, per Hinricum de Vemeren, vestrum in Romana curia procuratorem.

In dorso: Reuerendis viris ac honestis dominis suis, dominis consulibus ciuitatis Lubeke, detur.

Nach dem als Brief zusammengefalteten Originale auf Papier auf der Trese mit aufgedrücktem Siegel.

XXXVIII.

Der Rath von Stockholm empfiehlt dem Rathe von Lübeck den in Erbschaftsangelegenheiten nach Lübeck reisenden Stockholmer Rathsherrn Ludwig von Attendorn. 1351. Mai 28.[1]

Viris famosis, prudentibus, discretis ac honestis, amicis suis in Deo preamandis, dominis proconsulibus ceterisque consulibus Lubycensibus, aduocatus, procon|sules et omnes consules Stockholmenses omnimodam reuerenciam vere amicicie cum omni promptitudine famulatus. Exposuerunt nobis discreti viri, | Olricus de Attenderne et Lodeuicus eius frater, nostri consulatus socius dilectus, honestam matronam Wibam relictam Bogemanni, quondam | vestri conciuis, et eius filium Nicholaum ac sororem legitimam ipsius Wibe, Thalam puellam, necnon Hillam Klincroden dictam, atque Elizabet et Margaretam cum sororibus suis, filias Lodeuici de Indagine, commorantes in platea, que in wlgari dicitur Hyxerstrate, heu cum aliis plurimis parentibus ac consanguineis in vestra ciuitate penes vos ingressos esse viam carnis vniuerse, felicis recordacionis, et quod supradicti Olricus et Lodeuicus propinquiores heredes prescriptorum et predictarum secundum testimonium multorum virorum fidedignorum legaliter esse dinoscuntur. Igitur prouidenciam vestram sagacem omnibus precum instanciis, quibus possimus, suppliciter requirimus et rogamus, quatinus exhibitori presencium, Lodeuico predicto, coram nobis tanquam nuncio speciali legaliter super hoc deputato, debitam porcionem ac diuisionem equalem omnium bonorum sepedictorum defunctorum ad eos jure hereditario, vt prefertur, deuolutorum, secundum vestri juris ciuilis exigenciam integraliter presentari faciatis, quod erga vos ac vestros non solum in hiis, sed multis

1) Das Schreiben macht die Verwüstungen anschaulich, welche der schwarze Tod im Jahre 1350 anrichtete. Das hiesige Archiv bewahrt mehr als hundert ähnliche Schreiben aus dem Jahre 1351 von nahen und fernen Städten, etwa die Hälfte davon aus westphälischen.

Digitized by Google

maioribus, tempore ac loco se offerentibus, requisiti beninole vtique volumus deseruire, certumque respectum ad nos firmiter habentes, quod, quantumcumque de eisdem bonis supradicto Lodeuico presentatum ac erogatum fuerit, exinde nulla secundaria impeticio seu monicio a quoquam homine sequetur in futurum. Super hoc ab eo sufficientem ac legalem recepimus caucionem. Deus vos conseruet nunc et semper. Scripta anno Domini M CCC L primo, sabbato proximo post Ascensionem Domini, nostro sigillo sub maiori.

Nach dem Originale auf der Trese. Mit anhangendem wohlerhaltenen Siegel und Rücksiegel.

XXXIX.

Die Brüder Hartwich, Diedrich, Conrad und Bertold von Ritzerau und Hartwich, Sohn des Diedrich von Ritzerau, urkunden über die Beilegung ihrer Streitigkeiten mit dem Kloster Reinbeck wegen der Grenzen zwischen Tramm und Talkau. 1351. Octbr. 27.

Nos Hartwicus, Thidericus, Conradus, Bertoldus fratres dicti de Ritzerowe, et Hartwicus maior,[1] filius Thiderici dicti de Ritzerowe, recognoscimus publice per presentes, quod omnis discordia, quae iam dudum vertebatur inter honorabiles personas, praepositum, priorissam et conuentum monialium in Reynebeke, parte ex vna, ac progenitores nostros et nos, parte ex altera, racione distinctionis villarum Tramme et Telekowe, est totaliter terminata, ita quod nos, visis et examinatis locis illis ab illustri principe domino Alberto, duce Saxonie, datis, ab omni impeticione dictae distinctionis omnino cessamus ipsisque agros, pascua, ligna, prata, paludes usque in amnem Gesne dictum de consensu omnium, quorum ad hoc erat et est consensus merito requirendus, resignamus ac in presencia domini nostri Erici, ducis Saxonie junioris, resignabimus, quandocunque requisiti fuerimus per eosdem, nolentes dictos prepositum, priorissam et conuentum ullo umquam tempore in dicta[m] distinctione[m] per nos ac nostros heredes in perpetuum molestari. Si vero, quod absit, quandocunque a quoquam vel quibuslibet in posterum, qui iuris ordine et forma contentari voluerint, eosdem in iam dicta[m] distinctione[m] contingens

1) *iunior* zu lesen nach Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. II. 380. ? Vgl. ebend. S. 651. Siegel des M.-A. Heft 7. S. 191 fg.

Digitized by Google

fuerit inbrigari, hanc inbrigacionem nos et heredes nostri in perpetuum, quod promittimus in solidum data fide, tenebimur disbrigare. Dicti eciam praepositus, priorissa et conuentus fieri facient per suos in iam dicto amne acervos seu montes ex lapidibus et terra ad declaracionem lucidiorem distinctionis memorate. In quorum omnium evidenciam pleniorem presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Actum et datum anno Domini M CCC LI, in vigilia apostolorum Simonis et Jude. Dicti eciam praepositus, priorissa et conuentus nobiscum favorabiliter facientes filiam domini Bertoldi de Ritzerowe militis bone memorie, nostram sororem, in sui monasterii consororem seu monialem pure propter Deum receperunt.

Aus dem Diplomatar des Klosters Reinbeck abgedruckt in Westphalen, Monumenta inedita T. IV. p. 3409.

XL.

Matthias, Guardian des Klosters zu Ribnitz, bekennt, von dem Rathe zu Lübeck eine Elemosine von 6 mk empfangen zu haben, welche Hinrich Knoke der Margarete Sassen und ihrer Schwester Jutta hinterlassen hat, unter der Bedingung, dass das Kloster schuldig sein soll, sie auf die Anforderung des Raths von Lübeck wieder herauszugeben, wenn sie von Jemand sollten in Anspruch genommen werden. 1351. Decbr. 21.

Ego frater Mathias, gardianus et prouisor sororum ordinis sancte Clare in ‖ Rybbenitze, publice protestor in hijs scriptis, quod elemosinam dominarum ordinis ‖ sancte Clare in Rybeniz, quam frater Hinricus Knoke reliquid Margarete dicte Sassen ‖ ac sorori sue Jûtten, scilicet VI marcas lubicensium denariorum, recepi a dominis consulibus ciuitatis Lubicensis tali condicione, vt, si eadem elemosina ab aliqua persona eciam quacunque fuerit repetita, [quod] nostri claustri prouisor uel gardianus eam restituere secundum informacionem dominorum consulum predictorum firmiter teneatur. In cuius rei testimonium sigillum mei officij cum sigillo conuentus presentibus est appensum. Datum Rybeniz, anno Domini M̊ CCC̊ quinquagesimo primo, in die sancti Thome martiris gloriosi.

Nach dem Original auf der Trese. Mit beiden anhangenden Siegeln.

Digitized by Google

XLI.

Eccard, Abt zu Reinfeld, ersucht den Rath von Lübeck um Auszahlung von 7 ℳ 12 ß, welche, als Eigenthum des Mönchs in Reinfeld Conrad von Nordheim, bei den Kämmereiherren deponirt, jetzt nach dem Tode desselben ihm, dem Abte, zugefallen seien. 1352. Juni 29.

Honorabilibus viris et discretis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis. Eghardus, abbas monasterij sancte Marie virginis in | Reyneuelde Cysterciensis ordinis, salutem in Domino sempiternam. Quia noster confrater Conradus de Northeym, | sanus corpore et compos racione, Mathie de Hùxer, vestro conciui, decem marcas argenteorum denariorum et duodecim | solidos presentauit sub fida manu et custodia ac commisit, quas vlterius idem Mathias versus Romam iturus et profecturus Hermanno de Essende, vestro similiter conciui, sub eadem custodia tradidit et commisit, dicta vero pecunia per obitum prefati Conradi, fratris nostri, ad nos est rite et legitime deuoluta, licet idem Hermannus dicto Conrado, dum adhuc viueret, tres marcas denariorum dedit et presentauit de pecunia antedicta, residuam vero porcionem eiusdem pecunie fratri Bertoldo, magistro curie nostre in vestra ciuitate, nuncio nostro auctentico, presencium oblatori, per vos petimus presentari, nam dictus Hermannus summam principalem tocius pecunie sub camerarijs vestris posuit, donec per iuris sentenciam poterant disbrigari; securam ad nos habituri creditiuam et respectum, quod pro eadem superstite pecunie porcione sibi integre presentata per neminem iterata monicio aut posterior actio vos sequetur, sed omnes, quorum interest aut intererit, inde manebunt immoniti et quitati. In quorum euidenciam cerciorem sigillum nostrum ex certa sciencia sub anno Domini M̊ CC̊C quinquagesimo secundo, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum, presentibus est appensum.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel.

Digitized by Google

XLII.

Johannes, Propst, Gisela, Priörin, und gesammter Convent des Klosters in Marienfliess bezeugen, dass ihre Schwester Mechtildis Brote 20 mk Lüb. Pf., welche Daniel Langerame und Gerhard Darsow für sie aufbewahren, ihrem Bruder Albert Brote überlassen habe. 1352. Aug. 19.

Coram vniuersis et singulis presencia visuris sev cognituris et precipue coram vobis honestis et prouidis viris, dominis consulibus ciuitatis Lůbeke, Johannes, prepositus, Ghysla, priorissa, totusque conuentus sanctimonialium in Marienvlit publice recognoscimus protestantes, quod Mechtildis Brote, dilecta soror nostra, cum libero suo arbitrio, nobis presentibus et audientibus viginti marcas denariorum lůbicensium, quas Daniel Langherame et Gherardus Dersow, prouidi viri et honesti ciues in Lubeke, sub cautela sua ac prouidencia continent, ad manus fratris sui, honesti viri Alberti Broten, ciuis in Lůbeke, beniuole resignauit, ipsis penitus renunciando, videlicet quod eas tollere et acceptare debeat faciendo et dimittendo cum tali pecunia secundum placitum sue libere voluntatis. Nulli siquidem tales denarios nisi dilecto fratri suo Alberto Broten prelibato subleuandos et possidendo(s) eciam asseruit se fauere, quia idem ad hos denarios heres precipuus exstat legitimus atque verus. In cuius euidencius et firmius testimonium presens scriptum nostris sigillis, scilicet prepositi ac conuentus, constat lucide roboratum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secum,[1] ipsa dominica infra octauas Assumpcionis sancte Marie virginis gloriose.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangenden beiden wohlerhaltenen Siegeln.

XLIII.

Heinrich und Nicolaus, Grafen von Holstein und Stormarn, urkunden über den Verkauf des Dorfes Dunkelsdorf abseiten der Brüder Nicolaus, Johannes, Augustinus und Hinrich von Reventlow an den Lübeckischen Bürger Wilhelm von Warendorp. 1353. April 23.

Universis praesentia visuris seu audituris nos Hinricus et Nicolaus, fratres, Dei gratia comites Holsatiae ac Stormariae, salutem et rei gestae agnoscere veritatem. Noveritis, quod in nostra constituti praesentia famosi viri Nicolaus, Johannes, Augustinus et Hinricus fratres dicti de Reventlo,

1) l. *secundo.*

Digitized by Google

armigeri, quondam domini Nicolai de Reventlo militis filii, de nostro ac suorum verorum heredum necnon omnium, quorum intererat, beneplacito et consensu rite et rationabiliter vendiderunt et coram nobis legitime resignaverunt discreto viro Wilhelmo de Warendorp, civi Lubicensi, suisque veris heredibus et successoribus pro quadringentis et viginti marcis denariorum monetae lubicensis justo venditionis titulo villam dictam Dunckerstorp, sitam in parochia Carowe Lubicensis diocesis, et tredecim mansos ipsam villam circumjacentes et pertinentes ad eandem, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, cespitibus, lignis, rubetis, paludibus, stagnis, aquis aquarumque decursibus, piscariis, viis et inviis, ingressibus et exitibus terminorumque distinctionibus, ut nunc jacent, cum omni jure, judicio supremo et infimo ac omnibus judiciis intermediis omnique proprietate, libertate, commoditate et possessione ac omnibus et singulis fructibus et proventibus ad dictam villam et mansos praedictos, [1] et conditionibus universis et singulis, ad habendum, tenendum et possidendum eam seu eos perpetuis temporibus libere, pacifice et quiete, prout ad dictos Nicolaum, Johannem, Augustinum et Hinricum et eorum progenitores hactenus pertinebant. Et nos Hinricus et Nicolaus, comites praedicti, eidem Wilhelmo emptori suisque heredibus et successoribus, villanis et colonis dictae villae praesentibus indulgemus, quod ipsi de dicta villa et mansis praefatis non debebunt ad aliqua servicia, praestationes, exactiones aliquas seu praecarias aut ad aliqua gravamina nobis aut cuiquam alteri aliquatenus obligari. Praeterea, quod absit, si inter nos, nostros vasallos aut quoscunque alios, parte ex una, et civitatem vel burgenses Lubicenses aut quoscunque alios, parte ex altera, guerra seu dissensio fuerit exorta, aut si dictum Wilhelmum vel heredum suorum aliquem pro delicto aliquo levi vel enormi a nobis seu quocunque alio judice ecclesiastico vel seculari banniri, excommunicari, proscribi vel relegari contigerit, aut si inhibitio in terra nostra fieret, ne annona vel res aliae educerentur, his omnibus et quibuscunque aliis exceptionibus non obstantibus idem Wilhelmus et sui heredes praedicta villa et mansis praenarratis cum omnibus suis pertinentiis libere uti debent, deducendo suos proventus, quocunque ipsorum placuerit voluntati. Nam eandem villam et mansos saepedictos cum omnibus suis pertinentiis et singulis libertatibus et conditionibus supradictis in memoratum Wilhelmum ejusque heredes et successores et in quascunque alias personas ecclesiasticas vel seculares,

---

1) *addendum: pertinentibus.*

Digitized by Google

quibus praenominatus Wilhelmus ipsam villam et mansos praedictos dederit, assignaverit seu contulerit, praesentibus transferimus pleno jure, ita quod poterint praefatam villam et mansos praenominatos vendere, exponere aut quacunque alienatione decreverint, in quascunque eciam ecclesias aut personas ecclesiasticas vel seculares alienare, donare seu transferre pro ipsorum beneplacito voluntatis absque ullius alterius requisitione, quando et quotiens ipsis videbitur expedire. In quorum omnium et singulorum testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum Lubek, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, die beati Georgii martiris gloriosi.

Nach einer beglaubigten Abschrift aus (Vasmer): Kurzer Bericht, wie die — — Stadt Lübek der vormaligen Grafen und gefolgten Herzoge zu Holstein Regalia und Jura verschiedentlich zu schmälern — — beflissen. Glückstadt 1672. S. 81.

XLIV.

Johannes Puceman und dessen Ehefrau Druda verzichten auf den ferneren Genuss der Präbenden, die sie in dem St. Georgs-Hause bei Lübeck bisher genossen haben, zu Gunsten dieses Hauses. 1353. Juni 24.

Notum sit, quod Johannes Pûceman et vxor eius Druda benigne recognouerunt coram honorabilibus viris, ‖ testibus infrascriptis, quod super prebendis, quas sibi vtrisque ad vsus suos apud curiam seu habi‖tacionem sancti Georgij prope muros ciuitatis Lubicensis ab eiusdem sancti Georgij prouisoribus emerant, ‖ que eciam pro tempore realiter perceperunt, ab eisdem prebendis sponte postea declinantes cum eisdem sancti Georgij prouisoribus concordauerunt in amicicia et fauore ita, quod eisdem prebendis et omni iuri suo, quod ipsis in eisdem competere poterat, et omni actioni plane et omnino renunciauerunt et referentes ipsis prouisoribus super hiis graciarum actiones pronunciauerunt et dimiserunt sanctum Georgium, curiam seu habitacionem atque prouisores eius plene inde quitos, liberos et solutos et se inuicem et ab inuicem amicabiliter separatos. Testes sunt domini consules Johannes Perzceuaal et Bernhardus de Oldenborch, qui istas inde memoriales litteras acceperunt ad preces et instanciam vtrorumque. Actum anno Domini M̊CC̊C quinquagesimo tercio, in Natiuitate beati Johannis Baptiste.

In dorso: Prouisorum sancti Georgij, Johannis Pûceman et Drude uxoris eiusdem.

Littera memorialis auf der Registratur.

Digitized by Google

XLV.

Gottschalk Menze, Bürger zu Wismar, berichtet dem Rathe von Rostock über den Fortgang der städtischen Unternehmung gegen die Raubschlösser und über die glückliche Ankunft abgesandter Heringe. O. S. (1353.) [1]

Viris discretis ac multum honestis, dominis meis consulibus civitatis Rostoch, Ghosschalcus Menze, civis in Wismar, servicium indefessum. Noverit vestra famosa zagacitas, sicuti vestri consodales michi reserarunt, qualiter jam tria edificia seu castra bene munita fossilibus circumfossa penitus destrusserunt seu cremari fecerunt, et duos spoliatores, heu non plures, suspendi fecerunt, quos in uno castro invenerunt. Item circumvallavimus castrum Lassan, ita indubitanter, Deo dante, speramus et veementer presumimus, ipsum uno die horribiliter expungnare, cum mille vicibus nobis exhibuerunt illud idem castrum; sed non solum edificium, sed eciam cum hoc ipsam pessimam gentem desideramus. Russus [2] vobis insynuamus, quod allecia nobis apportata seu destinata per dominum Thidericum Holthoer bene et multum prospere et legaliter destinavit, quia presagium et bonam fortunam necnon gaudium salutiferum nobis inposuit, cum Deo favente per omnia nobis bene succedit. Datum Wismer, sub sigillo meo Menzen vestri hospitis.

In dorso: Viris famosis ac discretis, dominis consulibus in Rostoc, detur.

Nach dem Original im Rathsarchiv zu Rostock mit aufgedrücktem Siegel. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

XLVI.

Ausgaben der Städte Rostock, Wismar und Lübeck bei der Einnahme von Dutzow. 1353. Octbr. 24.

Ista que secuntur, tenentur domini consules videlicet Rozstocenses, Wysmarienses et Lubicenses conjunctim persolvere, quia ea in Dutzowe consumpta fuerunt et expensa postea, quando idem castrum fuerat dictis dominis consulibus presentatum.

Primo XXVI solidos pro expensis fartorum. Item III marcas et XIV denarios pro farina. Item III marcas denariorum argenteorum et IV denarios hospiti nostro in Godebuz. Item XII marcas missas ad castrum. Item XII

1) Vgl. Grautoff, Lübeckische Chroniken Th. I. S. 278.
2) *Russus* für *rursus*, falsche Uebersetzung für weiter *(wider)?*

Digitized by Google

marcas etiam ibidem missas. Item XXVIII solidos pro servisia. Item VI aureos pro carnibus. Item IIIł marcas pro carnibus. Item XXII solidos pro lardo. Item IV marcas denariorum argenteorum hospiti nostro in Godebuz. Item XXXII solidos pro tribus tunnis teres ad combustionem turris. Item VI marcas ortulanis fodientibus. Item II aureos vectoribus Thuringis. Item II talenta pro II tunnis allecium. Item X solidos lapicidis pro cervisia. Item IV marcas et V solidos pro expensis ibidem consumptis. Item Vł solidos remigantibus naves versus Ratzeborch portantes cibaria. Item XV solidos pro navibus dictis bote et pro labore remigancium. Item VIII marcas minus IV solidis fartoribus de duabus reysis ibi factis. Item cuidam cursori inter Ratzeborch et Dutzowe continue currenti VI solidos. Item XXVII solidos pro expensis Johannis Joden consumptis in Ratzeborch, quando custodiebat cybaria ducenda in Dutzowe. Item X solidos pro I tunna salis. Item XXI solidos servis pistantibus panem ibidem. Item III marcas minus IV solidis pro pane. Item VIł solidos pro cervisia. Item V marcas sagittariis ibidem missis pro eorum servicio et labore. Item XXXVI solidos quibusdam aliis sagittariis ibidem. Item V marcas et IV solidos muratoribus et lapicidis. Item XXXV solidos pro calibe et ferro, de quibus instrumenta frangendi Domnitze et Dutzow parabantur. Item carpentariis in Dutzowe XXXVI solidos. Item IV solidos uni pro expensis in via versus Dutzowe consumptos. Item fabris in Domnitze et Dutzow simul IV marcas minus IV solidis. Item III solidos pro melle. Item I marcam vigilibus in castro. Item VI solidos pro aceto et synape. Item XII solidos muratoribus. Item I marcam Reben pro suo servicio et labore. Item Vł marcas et III solidos pro C strumuli. Item XIX marcas minus XIX denariis pro ł lasta butiri. Item VI marcas et Vł solidos pro IIIł tunnis allecium. Item XXVIII solidos pro I tunna allecium. Item V marcas et VI solidos pro rumbo. Item V solidos pro III tunnis vacuis. Item XXVIII solidos pro II tunnis cervisie. Item XXXVI solidos pro IV tunnis cervisie. Item XLII solidos pro V lateribus carnium. Item XXII solidos pro II lateribus carnium. Item V aureos pro V lateribus carnium. Item VI aureos pro IX lateribus carnium. Item XXIV solidos pro carnibus. Item XXXVI solidos pro pane. Item II marcas et I solidum pro pisis. Item XXIX solidos pro I tunna allecium. Item IX solidos pro cervisia. Item II solidos pro cepis. Item V solidos et IV denarios pro stromatten, quibus cibaria tegebantur. Item V solidos pro bote. Item XXVI marcas et IV solidos pro LII tunnis cervisie. Item IV marcas minus IV solidis pro ł lasta cervisie. Item IV marcas minus IV solidis pro

Digitized by Google

VI tunnis cervisie de Godebuz. Item IV marcas pro L strumuli. Item III marcas minus tribus solidis pro III tunnis dorsches. Item XXIV solidos pro I tunna grotvisch. Item II tunnas butiri pro VI marcis. Item XXIV solidos pro I tunna allecium. Item XX latera carnium porcinarum pro XV talentis denariorum. Item X latera carnium pro V marcis. Item VI marcas pro pane.

Summa in toto omnium istorum expositorum CCXLIV marce et IV solidi minus IV denariis.

Et hec summa est computata feria sexta ante festum Symonis et Jude anno LIII.

In dorso: Negocium civitatum Lubicensis, Rozstocensis et Wismariensis et eciam Campensis; *überschrieben* Dutzowe.

Nach dem Original im Rathsarchiv zu Rostock. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

XLVII.

Ausgaben der Städte Rostock, Wismar und Lübeck bei und nach der Einnahme von Dömitz. 1353. Oct. 25.

Ista que secuntur tenentur domini consules videlicet Rostocenses, Wysmarienses et Lubicenses conjunctim persolvere, quia ea in Domenitze consumpta fuerunt et expensa, postea quando idem castrum fuerat expungnatum et dictis dominis consulibus presentatum.

Primo domini consules Lubicenses exposuerunt XXIV marcas pro cibariis in predicto castro existentibus. Item presentaverunt Cordeshaghene IV marcas cum quatuor solidis. Item I tunnam carnium ibidem miserunt pro VIII solidis persolutam. Item I½ tunnam dorsches pro I talento. Item ½ tunnam pisarum pro VIII solidis. Item IX strumulos pro I marca. Et quando familiares dominorum consulum Rozstocensium et Wysmariensium de Domenitze recesserunt, tunc ipsi cum familiaribus Lubicensibus invicem XXXII marcas consumpserunt. Item Hinricus Kremer exposuit XIII½ marcas pro bobus medio tempore, quo turris Domenitze frangebatur. Item III marcas minus IV solidis pro ovibus. Item XV marcas cum IV solidis pro avena, que universis consulum familiaribus fuerat distributa. Item III solidos pro crûsibulis. Item V solidos pro vasis et schutellis. Item II solidos datos Cordeshaghene pro suo caldario. Item II solidos pro pullis. Item VI solidos pro graminibus. Item L marcas advocato nostro, quando turris debebat frangi, presentatas. Item V solidos pro feno. Item V½ solidos pro ovis. Item XXIII½ solidos pro piscibus.

Digitized by Google

Item omnium dictorum dominorum consulum familiares invicem consumpserunt primo IV tunnas butiri pro XII marcis. Item IV tunnas allecium pro V marcis. Item IV tunnas dorsches pro IIIł marcis. Item I tunnam pisarum pro XII solidis. Item VIII lastas cervisie quelibet tunna pro X solidis. Item C strumulorum pro VIIł marcis. Item XXX latera carnium porcinarum pro XXX marcis. Item VIII marcas pro panibus. Item II saccos farine pro XXVIII solidis.

Summa CCXXI marce et V solidi.

Item I marcam pro diversis Item IV solidos fartoribus portantibus cervisiam ad navem. Item I marcam pro navibus dictis bote. Item III solidos pro expensis servorum ibidem. Item XXVIII solidos, quos lapicide et fartores, qui debebant frangere Domnitze, in via consumpserunt. Item V solidos fartoribus. Item X solidos pro I tunna salis. Item XXI marcas minus X solidis lapicidis et muratoribus frangentibus Domnitze pro eorum precio et labore. Item XXVI solidos pro cervisia in Domnitze. Item XIX marcas et VI solidos carpentariis pro eorum precio. Item II marcas et VI solidos pro ferro et calibe ad instrumenta frangendi Domnitze. Item XXXII marcas vectoribus et etiam pro aliis diversis expositis. Item XXXV marcas pro XX curribus, cum quibus pedestres Lubicenses Domnitze fracto et destructo domi Lubeke ducebantur.

Summa omnium expositorum CCCLXXXVIII marce et X solidi. De hiis omnibus sunt exposite CLI marce in denariis argenteis.

Hec summa est computata LIII, feria sexta ante Symonis et Jude.

Nach dem Original im Rathsarchiv zu Rostock. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

XLVIII.

Der Rath von Lübeck erklärt sich gegen den Rath von Rostock bereit, in Bezug auf die Kosten der Zerstörung der Mecklenburgischen Schlösser sich dem Spruche Stralsunds zu unterwerfen, und theilt eine Antwort des Königs Magnus von Schweden vom 12. October mit. O. J. (1353.) Novbr. 24.

Multum amicabili et obsequiosa salute preuia. Quemadmodum hiis breuibus diebus nostri consulares ad nos retulerunt, quod vobis responsum super eo rescribere deberemus, utrum diffinicioni dominorum consulum de Stralessundis de expensis castrorum Domenitze, Dutzow et Redemyn, vos tangentibus,

per nos expositis, stare vellemus, ita vestram honestatem scire affectamus, quod libenter pronunciacioni et diffinicioni stare volumus eorundem. Unde, quidquid iidem pro huiusmodi pronunciauerint, in illo nos beniuole volumus contentari, petentes, nobis, quid in hiis vestre fuerit voluntatis, per presencium latorem remandari. Preterea sciat vestra dilectio, eximium principem dominum Magnum, regem Swecie, nobis super litteris nuper sibi per vos, ut credimus, et nos missis,[1] sic post salutacionem asscripsisse:

Vniuersitati vestre notum facimus, quod ad contenta in litteris vestris nobis nouissime presentatis alias nunciis vestris apud Helsingborch in nostra presencia constitutis personaliter viua uoce respondimus, nec aliter respondere intendimus ista vice. Scriptum in castro nostro Stocholm, sabbato ante Luce euangeliste, sub secreto nostro.

Scriptum vero in profesto beate Katherine, nostro sub secreto. Nobis cum pio responso precipite confidenter.

Per consules Lubicenses.

In dorso: Honorabilibus et discretis viris, sinceris nostris amicis, dominis consulibus in Rozstok, detur.

Nach dem Original im Rathsarchiv zu Rostock, mit Spuren des aufgedrückten Secrets. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

XLIX.

Der Rath von Lübeck ersucht den Rath von Rostock wiederholt, ihm für seinen Theil die auf den Schlössern Dömitz, Dutzow und Redemin gehabten Ausgaben zu ersetzen. O. J. (1353.) Decbr. 1.

Honorabilibus et discretis viris, nostris sinceris amicis, dominis consulibus civitatis Rozstocensis, consules civitatis Lubicensis obsequii promptitudinem assiduo cum honoris incremento. Quemadmodum pridem per notarium nostrum, ut huiusmodi pecuniam pro vestris familiaribus vestrorum jussu consularium in castris Domnitze, Dutzowe et Redemin per nostros beningne expositam et expensam, prout in copia expositorum vobis per ipsum presentata continetur, dignaremini saltim quo ad partem vos tangentem nobis persolvere, vos rogari fecimus, ita adhuc vestram honestatem ac amiciciam singularem sinceris precibus duximus deprecandam, quatenus id idem dignemini effective adimplere, nobis huiusmodi partem vestram dictorum expositorum, ulteriore

1) Vielleicht Erwiederung auf das bei Sartorius II. S. 430 abgedruckte Schreiben Rostocks?

Digitized by Google

dilacione quiescente, persolvendo et pagando; pro quo vestrorum beneplacitorum alias executores volumus reperiri proniores. Datum crastino Andree, nostro sub secreto, piam postulantes responsivam.

In dorso: Honorabilibus et discretis viris, nostris dilectis amicis, dominis consulibus Rozstocensibus, detur.

Nach dem Original im Rathsarchiv zu Rostock, mit aufgedrücktem Siegel. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

L.

Heinrich von Vemeren, Domherr und Cantor der Lübeckischen Kirche, weigert sich, dem Legaten des Papstes Innocenz VI. die erstjährigen Einkünfte seiner Stelle zu überliefern, weil ihm dieselbe von dem Papste Clemens VI. übertragen worden sei. O. J. (1353.) [1]

Coram vobis, honorabili viro, domino Wilhelmo Horborch, ‖ baccalaureo in decretis et preposito ecclesie sancti Andree Ver‖densis sedisque apostolice nunctio in prouincia Bremensi et in ‖ Bremensi, Verdensi ac Caminensi ciuitatibus et diocesibus per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Innocencium, diuina prouidencia papam sextum, ad colligendum fructus, redditus et prouentus ad dictum dominum nostrum papam et cameram suam spectantes et eciam fructus, redditus et prouentus beneficiorum omnium ecclesiasticorum prouincie ac ciuitatum et diocesium predictarum donacioni et disposicioni sue reseruatorum et per ipsum collatorum et per alios de facto duntaxat occupatorum specialiter deputato, prout in litteris dicti domini Innocencij inde confectis plenius continetur, ego Hinricus de Vemeren, canonicus prebendatus et cantor ecclesie Lubicensis in dicta prouincia Bremensi situate, protestor ante omnia, quod mandatis dicti domini nostri Innocencij et mandatis apostolicis veris, iustis et rectis in omnibus et per omnia volo semper, vt teneor, obedire. Hinc est, quod, cum vos, domine Wilhelme preposite, auctoritate litterarum apostolicarum dicti domini nostri Innocencij per certos processus vestros penas excommunicacionis, suspensionis et interdicti continentes me moneri et requirj fecistis, vt de fructibus primi anni prebende et cantorie mee predictarum vobis nomine dicti domini nostri Innocencij et camere sue apostolice infra certum terminum satisfacerem vel causas racionabiles coram

1) Clemens VI. starb am 6. Decbr. 1352. Die Urkunde wird daher in das Jahr 1353 zu setzen sein. Sie ist an ein Paar Stellen durchlöchert, die beiden mit Cursivschrift gedruckten Wörter sind Conjectur.

Digitized by Google

vobis allegarem, quare id facere non deberem, ego Hinricus, canonicus et cantor predictus pro causa racionabili, quod vobis de fructibus primi anni prebende et cantorie mee predictarum satisfacere non teneor, allego in hijs scriptis et dico, quod de canonicatu, prebenda et cantoria mea predictis non fuit michi prouisum nec sunt collati per dictum dominum nostrum papam Innocencium, sed per felicis recordacionis Clementem papam sextum, prout per litteras dicti felicis recordacionis Clementis paratus sum vobis facere promptam fidem. Cum vero mandatum vestrum extendat se ad colligendum et petendum fructus primi anni beneficiorum donacioni et disposicioni dicti domini Innocencij reseruatorum et per eum collatorum uel per alios de facto contra reseruacionem dicti domini nostri Innocencij duntaxat occupatorum, prout ex inspectione litterarun dicti domini Innocencij super hoc factarum, ad quas me refero, appareat euidenter; quare peto, vt de huiusmodi requisicione et monicione *satisfactionis* fructuum primi anni prebende et cantorie mee *tamquam* vltra fines mandati vestri factis me habetis supportatum et ab eis cessetis. Et predicta allego et dico ad presens saluis alijs allegandis et dicendis verbo et in scriptis, de quibus protestor, et protestor eciam, quod mandatis apostolicis veris et rectis volo semper animo libenti reuerenter obedire et ab eis me nullo modo declinare.

Nach einem Entwurfe, der auf der Trese aufbewahrt wird.

LI.

Aufzeichnung über ein von dem Rathe zu Hamburg gezahltes Sühngeld.
1353. Dec. 24. — 1354. Febr. 3.

Nos recepimus a consulibus Hamborgensibus C et L marcas denariorum lubicensium in auro ad vsum carnificum pro emenda cuiusdam interfecti et alterius vulnerati, qui nostri fuerunt conciues. De hijs dedimus ex jussu consilij centum marcas denariorum Taleken, relicte Lentzekini Magherman, et Nycolao et Kopekino fratribus dictis de Wisch. Item Conrado Westual braxatori vulnerato dedimus L[a] marcas denariorum. Et sic totum est *persolutum tam ex parte dicti interfecti quam vulnerati, nostrorum conciuium, per Hamborgenses.

*Nach einer Aufzeichnung der Kämmereiherren (Zweites Kämmereibuch Fol. 4 a) v. J. 1354, zwischen Vigilia Natiuitatis Christi und Blafij, unter der Rubrik: Depositum. Das Ganze ist durchstrichen, das Letzte vom * an von späterer Hand.*

Digitized by Google

LII.

Johann Buxtehude theilt dem Rathe von Stralsund seine Besorgniss mit, dass er selbst und einige Stralsunder Bürger als Mitschuldige an den von Lübeckern und Stettinern begangenen Excessen möchten angesehen werden, und bittet um Rath. O. J. (1354.) Sept. 22. [1]

Premissa condigna salutacione seruicii et honoris. Quemadmodum discrecioni vestre nuper transscripsi, quod dominus Andreas Neghelssen una cum Veregheden et Johanne Deken laborauerunt, homicidio et incendio per Lubicenses ciues et Stetinenses peracto me et vestros ciues fraudolenter inmisceri, et pronunc laborant, nos pro homicidio per Bertoldum de Monasterio dudum perpetrato agrauare, et diuersis blandis sermonibus doloque multifario et minis quam pluribus me invaserunt. Ego autem super meram justiciam me firmabam et libertatem conquerencium pariter et judicum, qui tantum querelas contra ciues Lubicenses et Stetinenses proposuerunt. Hinc scitote, quod consilium fecerunt occultum, quod ignoro, sed credo, quod volunt me habere ad presenciam regis Swecie, qui in breui versus Helsingheborch erit venturus. Quapropter vestram prudenciam precibus inclitis exoro, quatinus mihi responsum juxta vestrum prudens consilium reformetis, quomodo sim facturus et ciues vestros honeste defensurus, quia de die in diem nouas et maliciosas excogitant inuenciones, qualiter me poterint molestare fraudolenter et agrauare. Valete in Christo. Scriptum crastino die beati Mathei, meo sub sigillo.

Per Johannem Buxtehuden.

In dorso: Honorabilibus viris, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Stralessund.

Nach dem Original im Stadtarchiv zu Stralsund. Mitgetheilt von Dr. Koppmann.

1) Vgl. Bd. III. № 214. 215. 217.

Digitized by Google

LIII.

Der Rath von Bremen ersucht den Rath von Lübeck, ihn von einem von den Seestädten etwa gefassten Beschlusse wegen Verbots der Schiffahrt nach Norwegen bis Ostern in Kenntniss zu setzen, und behält sich vor, alsdann auch seinen Entschluss mitzutheilen. O. J. (Vor 1355.) [1]

Honorabilibus viris, amicis suis dilectis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, . . consules ciuitatis Bremensis quicquid poterint | amicicie et fauoris. Ex tenore litterarum vestrarum collegimus, vestre, Hammenburgensis, Stralessundensis, Rotstoccensis, | Gripeswoldensis et aliarum maritimarum et orientalium ciuitatum, qui Norwegiam suis mercimonijs visi|tare consueuerunt, consules ad prohibendum nauigacionem versus iam dictam Norwegiam vnanimiter nondum esse concordes. Vnde si dictarum ciuitatum consules super premissa nauigacione versus Norwegiam in aliquo finaliter concordare contigerit, nobis ante festum Pasche tempestiue scribatis, nosque extunc vobis et ciuitatibus alijs deliberacione prehabita voluntatem nostram fauorabiliter rescribemus. Datum sub nostro secreto.

In dorso: Dominis . . consulibus Lubicensibus detur.

Nach dem Original auf der Trese. Mit unbedeutenden Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels.

LIV.

Verbot des Aufkaufs von Schlachtvieh in Holstein. 1355. April 12.

Notum sit, quod Rolauus Tynappel coram consilio dominica Quasimodogeniti constitutus lucide recognouit, quod ex parte domini sui Johannis, comitis Holtzacie, cuius est aduocatus, esset in terra Oldenborch et Luttekenborch, in hijs tantum duabus parrochijs, prohibitum, quod nostri carnifices aut ciues non debent emere pecora aliqua nec deportare, sed in alijs quibuscunque eciam partibus terre sui comitatus possunt emere pecora, quecunque velint, et ea, quando et vbi voluerint, deportare. Actum coram consilio termino supratacto.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom J. 1355 Quasimodogeniti.

---

1) Bremen war von 1355 bis 1358 aus der Hanse ausgestossen. Sowohl die Handschrift als auch die Form Hammenburgensis sprechen dafür, das Schreiben vor 1355 zu setzen. Vielleicht bezieht es sich auf die Irrungen, die 1335, oder auf die, welche 1339 vorfielen. Vgl. Bd. II. № 481 (und dazu die Anm. auf S. 637). 615. 687.

Digitized by Google

LV.

Johann Dissow und Heyno Ghutzekow, Bürger in Perleberg, versprechen dem Rathe von Lübeck, für die Befreiung des Gerhard Cletzeke aus der Gefangenschaft 100 m℔ Lüb. Pf. in Lübeckischen Goldgulden in zwei Terminen zu bezahlen. 1355. Apr. 19.

Nos Johannes Dissowe et Heyno Ghûtzekow, ciues in Parleberche, publice ‖ presentibus protestamur, quod nos et heredes nostri coniuncta manu honorabilibus viris, dominis consulibus ‖ ciuitatis Lubicensis, pro redempcione captiuitatis Gherardi Cletzeke, captiui eorundem, centum ‖ marcas denariorum lubicensium, persoluendas in aureis lubicensibus, dimidietatem proximo Michaelis, dimidietatem proximo Pasche festo, promisimus et presentibus coniuncta manu promittimus in hijs scriptis. Ad quod firmiter obseruandum nos et nostros heredes astringimus per presentes. In cuius testimonium sigilla nostra presentibus ex certa nostra sciencia sunt appensa. Datum Lubeke, sub anno Domini M̊ CC̊C quinquagesimo quinto, dominica qua cantatur Misericordia Domini.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangenden beiden Siegeln (Hausmarken).

LVI.

Thidericus, Priester an der Heiligen-Bluts-Kapelle in Godesburen, bezeugt, dass der Pilger Abbas dort Gebete verrichtet habe. 1355. Juni 22.[1]

Omnibus presentibus *(sic)* visuris seu audituris. Ego Thidericus ‖ sacerdos, cappellanus gloriosissimi corporis et sanguinis domini nostri Jhesu ‖ Christi in Godesburen, oraciones in Christo deuotas. Recognosco teno‖re presencium publice et protestor, quod quidam peregrinus, nomine Abbas, visitauit prenominatum locum Godesburen cum sui cordis deuocione causa peregrinacionis iuste. Quare pro maiori rej euidencia meum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊ CC̊C LV, ipso die X millium militum.

Nach dem Original auf der Trese. Von dem Siegel ist nur ein schwacher Rest übrig geblieben.

1) Die Urkunde lag bei den die Sühne wegen der Erschlagung des Marquard Westensee betreffenden Urkunden und gehört möglicher Weise zu ihnen. Vgl. Bd. III. № 201.

Digitized by Google

LVII.

Claus Redewisch urkundet über das Heirathsgut seiner Frau Geseke und verspricht zugleich, seiner Schwiegermutter, so lange sie lebt, jährlich 12 mℓ Pf. zu geben. 1355. Decbr. 20.

Ic Clawes Redewisch bekenne openbare, do my myn husvrowe Gheseke ‖ ghelouet wart, dat se hadde also ghût alse VIꝉ^{C} mark penninge mit ‖ alsodanen vorworden, dat men se dar ane scholde cleden. Des is ‖ vt ghegheuen van den vorbenomeden ghûde mit deme rade erer vormunder Cûrde Westfal vnde meister Cûrde des arsten vnde erer moder ver Allenen Iꝉ^{C} mark vmme cledere vnde ghesmide vnde vor des er not was, er se quam in mine were. Do blef dar nochten mit den twen eruen in der vleschower strate vnde in reden penningen to samene also ghût alse V^{C} mark pennige, vnde de suluen twe vorbenomeden erue de sin beleghen neghest deme huse, dat Strûuen wandaghes ghehort hadde. Des bekenne ic Clawes, dat ic de vntfangen hebbe. Vt desseme vorbenomeden ghûde so bin ic Clawes schuldich, mines wiues Gheseken moder ver Allenen, de Johan Vresen husvrowe was, dat eme Got ghnedich si, X mark penninge lubesch alle iar to gheuene, de wile dat se leuet. Vnde ok so gheue ic Clawes van mineme eghene ghûden willen vt deme vorbenomeden ghude der vorsprokenen vrowen ver Allenen dar to II mark penninge alle iar, de wile dat se leuet. Vnde so wanne desse vorbenomede ver Allene dot is, so sint desse vorbenomeden XII mark dot vnde endet vnde quyt vnde los. Vnde vortmer so louet Johan Redewisch mit sime brodere Clawese vor de XII mark penninge also, alse hir vor bescreuen sin. Gheschen sint desse dinc na Godes bort M̊ CC̊C LV in deme auende sunte Thomas. Tughe sin desser vorsprokenen stucke de heren, de ratmanne her Bernt Cusfelde vnde her Jacob Pleskowe.

Litterae memoriales auf der Registratur mit der Aufschrift: Memoriales Nicolai Redewisch.

Digitized by Google

LVIII.

Johann, Herzog von Mecklenburg, ersucht den Rath von Lübeck um die Freilassung des Hermann Nykarver. O. J. (1355.)[1]

Johannes, dux Magnopolensis, formauit.

Fauorabili preuia salutacione. Wir bitten vch truvellichen vmme Herman ‖ Nykaruer, den ir ihevangen habt, dacz ir dorch vsen willen ‖ den ledich laczet, wen her ny mer in oweme stad ‖ is iheweset, vnd wacz her nů hat ihedan, dacz wolle wir ome alle helfen keychen, vch med dineste czv hůs brengen. Responsum petimus, nostro sub sigillo.

Auf der Rückseite: Honorificis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubek, nobis dilectis, detur.

Nach dem Original auf Papier, welches als Brief zusammengefaltet war, auf der Trese. Mit zwei aufgedrückt gewesenen, jetzt nicht mehr kennbaren Siegeln.

LIX.

Entscheidung eines Streites zwischen Nicolaus Stockelsdorf und den Söhnen des Hinrich Plescow, wegen einer Forderung des Ersteren an den Nachlass des Letzteren. 1356. März 27.

Notum sit, quod dominus Nycolaus Stockelstorp, presbiter secularis, coram consilio constitutus, dominos, videlicet Hinricum, Johannem, canonicum ecclesie Lubicensis, Arnoldum, et Albertum fratres dictos Plescowe, quondam pueros domini Hinrici Plescowe pie memorie, et totam possessionem eiusdem racione cuiusdam summe pecunie, quam dixit sibi ex parte vicarie in Lubeke [per] dictorum quatuor fratrum patrem promisisse, incusauit et conuenit. Super quo habita deliberacione debita dominus Hinricus Plescowe sui et dictorum trium fratrum suorum et tocius possessionis nomine sic respondit querens a dicto domino Nycolao, vtrum ipse vellet sibi et dictis fratribus suis fideiussoriam ponere et facere caucionem pro eo videlicet, quod dicti quatuor fratres et tota possessio eorundem aut heredes ipsorum a dicto domino Nycolao aut ab alio pro huiusmodi causa nullam iteratam monicionem aut posteriorem pati deberent [pati] actionem: extunc sibi super huiusmodi obiectis vellet libenter secundum juris Lubicensis exigenciam respondere. Ad quod

---

1) Zufolge der Datirung des Geh. Archivrath Dr. Lisch in Schwerin.

Digitized by Google

ipse dominus Nycolaus personaliter et frater suus Thideko Stockelstorp coniuncta manu coram consilio promiserunt, obligantes se nunquam de cetero contra dictos fratres aut eorum heredes aut totam possessionem monicionem aut actionem mouere aliqualem aut inferenti consentire. Tandem coram dicto consilio sic fuit per dominos consules diffinitum, quod vnus dictorum fratrum quatuor eidem domino Nycolao, [qui] quia dixerunt, se sibi in nullo teneri ex parte dicti patris eorundem, deberet facere iuramentum. Quique vero dicti fratres pro huiusmodi juramento faciendo miserunt sortem et cecidit sors super dominum Johannem Plescow, canonicum suprascriptum, qui ipse tale deberet facere juramentum. Qui coram reuerendo in Christo patre ac domino, domino Bertrammo, ecclesie Lubicensis episcopo, nomine sui et omnium fratrum suorum et heredum eorundem et tocius possessionis sue, quod in nullo dicto domino Nycolao racione premissorum tenerentur, firmauit juramento.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom J. 1356, Oculi.

LX.

Ausgleichung der Zwistigkeiten zwischen Bruno Holt und den Brüdern Holt und Diedrich von Alen über den Besitz der Gehölze und Ländereien bei Ekhorst. 1356. Mai 15.

Notum sit, quod omnis dissensio et discordia inter Brunonem Hoolt, ex vna, et Hoolt ac Thidericum fratres dictos de Alen, parte ex altera, est sic mediantibus dominis, Hinrico videlicet Plescowe, Bernardo Coesuelde, Jacobo Plescow, consulibus, ac Wilhelmo de Warendorp, in quos dicte ambe partes bona compromiserunt voluntate, quos arbitros eciam, vt huiusmodi discordiam discuterent inter ipsos, singulariter rogauerunt, amicabiliter et concorditer placitata in hunc modum. Primo videlicet, quod Bruno Hoolt prefatus et sui heredes aut successores debent illum frustum agri dictum Groteroed, situm in campo ville Echorst, sicud jacet cum lignis ibidem attinentibus, similiter et prata omnia ibidem sita et sicud jacent, obtinere inante et habere. Preterea idem Bruno voluit et summe desiderauit, se a Hoolt et Thiderico prefatis fratribus de Alen et econuerso pro huiusmodi lignis, que ipsis ambobus Brunoni et Hoolt ac suo fratri Thiderico pertinebant, sitis infra campimarchiam ambarum villarum, Echorst videlicet et Stenhorst,[1] abinuicem separari. Propter quod per dictos compromissores sic fuerat ordinatum, quod dictus Bruno

1) l. *Stenrode.*

illa ligna deberet statuere, Hoolt vero sui et fratris sui Thiderici protunc absentis, qui sibi, antequam recessit, coram dictis mediatoribus dedit plenum suum posse, gratum et ratum perpetuo se promittens seruaturum quicquid dictus Hoolt, frater suus, faceret in premissis aut obmitteret, nomine eligere. Quod factum est ita, quia idem Bruno sic statuit et, vt subsequitur, ordinauit. Primo scilicet, quod omnia ligna intra defensorium fossatum dictum landwere, quod domini consules Lubicenses fodi fecerunt, comprehensa et ab eadem parte fossati versus ciuitatem Lubeke se extendencia et cum hoc illa ligna sita infra instagnacionem dictam Penningryge vsque in fluuium Stotsee, sicut jacent, debent Bruno Hoolt et sui heredes aut successores obtinere. Preterea et cum hoc illa ligna dicta proprie Cannenbroek idem Bruno apposuit ad dicta ligna intra dictum fossatum et ciuitatem Lubicensem comprehensa. Omnia autem ligna extra dictum fossatum sita, tam infra instagnacionem predictam quam eciam extra eandem, prout ipsa ad terram Holtzacie se extendunt, debent apud prefatos Hoolt et Thidericum fratres de Alen et heredes eorum ac sequaces permanere, quia dictus Hoolt de Alen sui et dicti fratris sui, licet absentis, ut premittitur, nomine voluntarie elegit ad hanc partem, videlicet quod omnia ligna extra dictum fossatum sita, prout ad terram Holtzacie se extendunt, sibi et suo fratri et eorum heredibus aut successoribus duxit obtinere. Alia vero omnia ligna, que ab ista parte fossati versus Lubeke sita sunt, dicto Brunoni et suis heredibus ac successoribus racione sortis inter dictas ambas partes, vt premissum est, facte deuoluta debent cedere et manere. Potest tamen Hoolt de Alen sui et sui fratris nomine, prout domini consules Lubicenses sibi dixerunt, parari facere quendam pontem per et trans fossatum sepetactum, dummodo idem pons factus competens et commodosus vtrisque partibus et precipue dicto Brunoni Hoolt aut suis heredibus uel successoribus minus dampnosus fore videatur. Sic igitur dicti mediatores quatuor prenarrata ligna dicta Cannenbroek racione amicicie firmioris, et vt inter ambas partes, que dudum pro hijs et alijs discordabant, amor et amicicia maneat singularis, predictis Hoolt et Thiderico fratribus de Alen et eorum successoribus addixerunt ita, quod eadem ligna apud dictos fratres de Alen debent permanere, vt per hoc omnis dissensio et discordia inter sepetactos Brunonem et suos successores, ex vna, et dictos fratres de Alen et eorum successores, parte ex altera, videlicet racione instagnacionis et agri Groteroed, pratorum et sectionis lignorum et aliorum omnium, et eciam vt per hoc generaliter omnis causa, quecunque eciam fuerit, racione pre-

Digitized by Google

missorum sit et est amicabiliter composita et totaliter terminata et ita simpliciter atque plane, quod neuter eorum ab alio valeat quidquam exigere in futurum.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom J. 1356, Jubilate.

LXI.

Der Rath zu Lüneburg urkundet über den Verkauf einer Salzpfanne in dem untern Hause Cluvinge seitens der Vormünder der Geschwisterkinder Elisabeth Warendorp und Hermann Warendorp an den Rath von Lübeck. 1356. Jun. 7.

Nos consules ciuitatis Luneborch, Thidericus Schilsten, Hinricus Viscule, Borchardus de Luchowe, Johannes | Garlop, Ludolphus Hartwici, Johannes Longus, Albertus Hoyke junior, Nicolaus de Toppenstede, Ludolphus || Vintlo, Albertus de Molendino, Hartwicus Holste, Nicolaus Garlop. Tenore presencium publice recognoscimus | protestantes, quod Thidemannus de Warendorpe, Seghebodo Crispin, Johannes Wittenborch et Johannes Pertzeuaal, prouisores seu tutores Elizabeth, filie Wedekindi, et Hermanni, filij Hermanni, fratrum dictorum de Warendorpe, pie memorie, dicto prouisorio nomine, de consensu dictorum puerorum et coheredum suorum necnon de beneplacito omnium, quorum intererat aut interesse poterit infuturum, justo vendicionis tytulo vendiderunt et in iudicio resignauerunt honorabilibus et discretis viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, ementibus et recipientibus suo et sue ciuitatis nomine, vnam integram sartaginem in salina Luneborch cum dominio ipsius sartaginis, habentem tres choros salis quolibet flumine tollendos, liberos, nullo censu obligatos, sitam in domo inferiori Cluuinghe ad sinistram manum, cum intratur ipsa domus, Wechpanne wlgariter dictam, ad possidendum eandem cum omni proprietate et jure inperpetuum, quo predicti pueri et eorum patres ipsam per multos annos pacifice possederunt,[1] ita quod prefati consules Lubicenses et eorum successores inperpetuum suo et dicte ciuitatis sue nomine plenam habeant facultatem, cum dicta sartagine et eius prouentibus tam pro pijs quam pro quibuscunque vsibus ordinandi, quicquid decreuerint ordinandum.

1) In dem Oberstadtbuch Lib. 7. vom Jahre 1361, in welchem der Kauf ebenfalls angegeben wird, ist dieser Satz etwas weiter ausgeführt und lautet: sicut predicti pueri venditores et eorundem puerorum auus et patres et ante illos monasterium in Amelungesborne Cysterciensis ordinis, a quo dictorum puerorum auus pie recordacionis, dominus Hermannus de Warendorpe senior, quondam proconsul Lubicensis, dictam sartaginem rite et racionabiliter ac iusto empcionis titulo emisse dinoscitur, ipsam vsque ad hec tempora per multos annos habuerunt et pacifice ac libere possederunt. Vgl. auch № 64.

Digitized by Google

In premissorum euidenciam et certitudinem firmiorem sigillum nostrum ad rogatum parcium presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, feria tercia infra octauas Ascensionis Domini nostri Jhesu Christi.

Nach dem Originale auf der Trese. Mit anhangendem Siegel.

LXII.

Eccard, Abt von Reinfeld, fordert unter Berufung auf ein päpstliches Privilegium und seine Pflicht, es zu schützen, den Johannes, Thesaurarius zu Ramesloh, auf, von der Citation des Lübeckischen Bürgers Otto Lange vor sein Gericht abzustehen. 1357. Jan. 7.[1]

Echardus, miseracione diuina abbas monasterij in Reyneuelde, Cisterciensis ordinis Lubicensis dyocesis, conseruator vnicus honorandis et discretis viris con|sulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis super infrascripto priuilegio ipsis indulto a sede apostolica deputatus, honorabili viro, domino Johanni, thesaurario ecclesie | Ramesloensis Bremensis dyocesis, ac omnibus aliis et singulis, quorum interest vel interesse poterit, salutem in Domino et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis firmiter || obedire. Noueritis, nos litteras domini Allexandri pape quarti sub vera bulla plumbea, vnam videlicet graciosam cum filo cerico et aliam executoriam cum filo canapis bullatas, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, per consules presentatas, cum ea qua decuit reuerencia recepisse, quarum, et primo graciose, tenor erat talis: *(Folgt die Urkunde Bd. I. № 236).* Tenor vero executorie de verbo ad uerbum dinoscitur esse talis: *(Folgt die Urkunde Bd: I. № 239).* Post quarum litterarum exhibicionem prefati consules nobis significare curarunt, quod vos, domine thesaurarie, pretextu cuiusdam rescripti apostolici ad vos per Hinricum Lange, perpetuum vicarium in Medinghe Verdensis dyocesis, in communi forma, vt dicitur, impetrati, Ottonem dictum Lange, ipsorum conciuem, ad comparendum coram vobis in ecclesia Ramesloensi, forte ignari huiusmodi priuilegij, ad iudicium euocastis, paratum eidem Hinrico et cuilibet conquerenti coram competenti judice infra muros ciuitatis Lubicensis iusticiam exhibere, supplicantes nobis instanter, vt vos ab huiusmodi citacione et molestacione contra prefatum priuilegium attemptata cohercere auctoritate apo-

1) Vgl. Bd. III. № 272. 275.

Digitized by Google

stolica curaremus. Nos itaque, volentes prenominatum mandatum apostolicum nobis directum reuerenter exequi ipsisque consulibus et vniuersitati ciuium Lubicensium quo ad huiusmodi priuilegij defensionem assistere efficaciter, vt tenemur, vos tenore presencium hortamur et nichilominus peremptorie requirimus et monemus ac eciam tenore presencium vobis sub pena excommunicacionis firmiter inhibemus, ne in pretacta causa per vos attemptata vel ex ea dependentibus seu ipsis sequelis in preiudicium iuris ipsorum consulum et ciuium vlterius quomodolibet procedatis, si excommunicacionis sentenciam et alias grauiores penas volueritis euitare; scientes, quod, si, quod absit, mandatis nostris ymmo verius apostolicis non parueritis, cum effectu decernetur et declarabitur, processus vestros fuisse et esse ac fore ipso iure irritos ac inanes, quodque fiet et continget ex eo et pro eo similiter, quod prelibatum Ottonem Lange, ciuem Lubicensem, tamquam ciuem Lubicensem citari procurauit predictus Hinricus, et ex aliis causis, quas ostende[bi]mus tempore oportuno. Insuper vobis intimamus, quod vobis et quibuslibet aliis, quorum interest vel intererit, de predicto priuilegio et de conseruacione seu defensione ipsius nobis commissa hesitantibus fidem oculatam in prenominata ciuitate Lubicensi secundum juris exigenciam debite faciemus, cum idem priuilegium extra eandem ciuitatem Lubicensem de loco ad locum propter manifesta viarum discrimina sine metu et periculo amissionis eiusdem nequeat transportari. In quorum omnium et singulorum euidenciam nostrum sigillum presentibus litteris est appensum, quas eciam in formam publici instrumenti transsumi et redegi *(sic)* manauimus per notarium infrascriptum. Acta sunt hec Lubeke in curia, que vocatur Minor Reyneuelde, anno Domini M̊ CCC̊ quinquagesimo septimo, indictione decima, mensis Januarij die septima, hora terciarum vel quasi, presentibus discretis viris Gysilberto de Munstere, ciui Lubicensi, Martino de Arndssee, clerico Verdensis dyocesis, Hinrico Slutere et Alberto, laycis in dicta curia seruientibus, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Albertus dictus Witte, clericus Bremensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi mandati emissioni ac aliis premissis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque de mandato reuerendi in Christo patris, domini Echardi, abbatis monasterij in Reyneuelde supradicti propria manu conscribendo in hanc formam redegi meoque signo solito et consueto signaui requisitus in maiorem euidenciam premissorum.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel des Abtes.

Digitized by Google

LXIII.

Bischof Bertram von Lübeck urkundet über die Verzichtleistung des Raths von Lübeck auf das Patronatsrecht über sechs Vicarien in der Marien-Kirche und über die Stiftung vier neuer Vicarien von Seiten des Raths, zweier in der Marien-Kirche, einer in der Jacobi-Kirche und einer in der Aegidien-Kirche, über welche er dem Rathe das immerwährende Patronatsrecht zugesteht. 1357. März 12.

In nomine Domini amen. Bertrammus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus, Thidericus decanus, totumque capitulum ecclesie Lubicensis. Vniuersis Christi fidelibus presencia visuris salutem in Domino et infrascriptorum agnoscere veritatem. Gratum Deo fore credimus et acceptum, si ea que diuini nominis laudem suique cultus aucmentum et animarum salutem respiciunt, ad deuocionem fidelium salubriter excitandam nostris fauoribus pro pacis eciam et concordie conseruacione sollicite dirigamus. Hinc est, quod, cum honesti viri, domini . . consules et vniuersitas ciuitatis Lubicensis, pretextu cuiusdam gracie apostolice ipsis per sanctissimum in Christo patrem, dominum Innocencium papam sextum, indulte sex vicarias siue capellanias perpetuas in ecclesia beate Marie virginis Lubicensis fundare et dotare,[1] ac jus presentandi dyocesano loci personas ydoneas ad easdem vicarias, cum vacarent, sibi perpetuis temporibus reseruare pretenderent, et ob hoc inter nos et consules eosdem orta fuerit materia questionis, nobis et ipsis super hoc hinc inde replicantibus alternatim, tandem mediantibus diuersis tractatibus amicabilibus inter nos et ipsos super hoc factis et habitis, Deo pacis auctore cooperante, vocatis prius omnibus vocandis et requisitis omnibus et singulis, qui ad hoc fuerant requirendi, sumus taliter concordati, quod ipsi domini consules, tamquam viri prouidi, pacem et concordiam diligentes, predicte gracie apostolice cum omnibus suis clausulis suo et vniuersitatis sue nomine, renunciauerunt totaliter et expresse, et ab eadem gracia ac ab omni eius effectu omnino et penitus recesserunt. Quapropter et ipsi consules mediantibus dictis tractatibus de nostro beneplacito et consensu facultatem habebunt dotandi de nouo quatuor vicarias perpetuas, duas videlicet in beate Marie virginis, vnam in sancti Jacobi apostoli et vnam in sancti Egidii abbatis ecclesiis, et jus patronatus siue presentandi decano et capitulo Lubicensi personas ydoneas ad ipsas, quociescumque vacauerint, ipsi et eorum in officio consulatus successores in

1) Vgl. Bd. III. № 219.

Digitized by Google

perpetuum obtinebunt. Vnde prefati . . consules postmodum pro dotacione et fundacione trium vicariarum vnam integram sartaginem in salina in Luneborch, Wechpanne dictam, sitam in inferiori domo Cluuinghe ad sinistram manum, cum ipsa domus intratur, cum toto dominio ipsius sartaginis et tribus choris salis quolibet flumine tollendis, liberam ab omni censu, cum omnibus et singulis suis fructibus redditibus et obuencionibus, ad honorem omnipotentis Dei eiusque gloriosissime virginis matris Marie et omnium sanctorum Deo ac dicte ecclesie nostre coram nobis assignauerunt et pure ac simpliciter obtulerunt, quorum quidem bonorum oblacionem gratam et ratam habentes ac pro dotacione trium vicariarum sufficere decernentes, exinde tres vicarias perpetuas per dictam sartaginem dotatas, vnam quidem in ecclesia beate Marie virginis in capella media ad partem australem ad altare in honorem beati Jacobi apostoli maioris et sancte Ghertrudis virginis, secundam in ecclesia beati Jacobi apostoli ad altare iuxta summum altare extra chorum versus aquilonem ad orientem in honorem beati Andree apostoli et beatorum Dyonisii et sociorum eius, terciam vero in ecclesia beati Egidii ad altare versus aquilonem sub ambone in honorem beati Mathei apostoli et sanctarum virginum Barbare, Agathe et Agnetis, in ciuitate Lubicensi in nomine Domini fundamus et de nouo creamus, erigimus et perpetuamus litteras per presentes, fructibus, redditibus et obuencionibus vniuersis dicte sartaginis inter vicarios dictarum trium vicariarum pro tempore existentes annuatim equaliter diuidendis, ita tamen quod quilibet dictorum trium vicariorum, ille videlicet in capella media ad partem australem ecclesie beate Marie virginis altaris predicti in crastino assumpcionis beate Marie virginis, ille vero in ecclesia beati Jacobi altaris ibi predicti in die beatorum Dyonisii et sociorum eius, ille autem in ecclesia beati Egidii altaris ibi prefigurati in die beatorum Mauricii et sociorum eius, duas marcas denariorum lubicensium singulis annis ad peragendum memorias illorum defunctorum, qui ad fundandas et dotandas dictas vicarias suas elemosinas donauerunt, inter canonicos Lubicenses, qui tunc presentes in vigiliis et in missis fuerint, iuxta consuetudinem aliarum memoriarum distribuendas in dictis terminis in ciuitate Lubicensi soluant perpetuis temporibus expedite. De quarta autem vicaria taliter ordinamus, quod missa, quam dicti domini consules in ecclesia beate Marie virginis retro chorum ipsius ecclesie ad altare beate Elizabeth et sanctorum Fabiani et Sebastiani martirum dudum officiare fecerunt et faciunt, et quam nunc magister Johannes Dannenberghe, ipsorum notarius, tenet et habet, cum dictus magister Johannes obierit

Digitized by Google

seu ipsam dimiserit vel resignauerit aut hoc voluerit et per dictos . . consules coram nobis sufficienter dotata fuerit, extunc perpetua vicaria manebit in dicta ecclesia beate Marie virginis ad illud idem altare retro chorum ipsius ecclesie prelibatum; vbi eciam huiusmodi missa debet ammodo, donec perpetua fuerit, obseruari, sic quod ipsius misse dicta officiacio deinceps tunc cessabit, jure patronatus eiusdem vicarie et aliarum trium vicariarum, vt premittitur, dictis dominis . . consulibus Lubicensibus et eorum in officio consulatus successoribus in perpetuum semper saluo. Vicarius eciam istius vicarie, cum perpetua fuerit, duas marcas den. lub. pro memoria inter dominos . . canonicos Lubicenses diuidendas annis singulis perpetuo erogabit. Insuper dicti quatuor vicarii et quilibet eorum pro tempore existentes denarios vini soluent et recipient, obedienciam et juramenta sicut ceteri vicarii ecclesie et ciuitatis Lubicensis decano et capitulo ac ecclesie Lubicensi facient et prestabunt. Chorum ipsi vel eorum officiantes sicut ceteri vicarii frequentabunt, oblaciones rectoribus ecclesiarum, in quibus sunt, integraliter presentabunt et ipsis rectoribus in licitis et honestis obedient, ac ad omnia et singula tenebuntur, ad que alii vicarii ecclesie et ciuitatis tenentur, nec pre ceteris vicariis in aliquo sint exempti. In quorum omnium et singulorum euidens testimonium sigilla nostri Bertrammi episcopi et capituli nostri Lubicensis presentibus sunt appensa. Et nos proconsules et consules ciuitatis Lubicensis predicte omnia et singula premissa approbamus et gratificamus, et ea veraciter sic gesta et facta fore recognoscimus et nostre ciuitatis sigilli ad presentes litteras appensione publice protestamur. Datum et actum anno Domini M̊ CCC̊ quinquagesimo septimo, in die beati Gregorii pape.

Aus dem Obern Stadtbuche Lib. 7. vom Jahre 1361.

LXIV.

Der Rath von Lübeck verheisst der Elisabeth von Warendorp, Tochter des Wedekind von Warendorp, und den beiden Schwestersöhnen desselben, Hermann und Diedrich Hold, welche 600 ℳ Lüb. Pf. zur Stiftung einer Vicarie in der Jacobi-Kirche hergegeben haben, dass er das ihm zustehende Recht der Praesentation zu dieser Vicarie sechsmal nach einander auf ihren oder ihrer Erben Vorschlag ausüben wolle. 1357. März 12.

Vniuersis hanc paginam inspecturis seu eciam audituris, aduocatus . . consules et commune ciuitatis Lubicensis salutem in omnium saluatore. Sagax discretorum prouisio racionabiles actus suos litterarum testimonio recommendat,

Digitized by Google

vt appareant ex deliberato proposito prodiisse. Recognoscimus itaque per presentes et constare volumus vniuersis, quod honorabiles viri, domini Thidemannus de Warendorpe, proconsul noster, Johannes Wittenborch et Seghebodo Crispin, consules nostri, tutorio nomine Elizabeth, domini Wedekindi de Warendorpe, quondam consularis nostri, filie, nec non Hermannus et Thidericus, Thiderici Hold, quondam ciuis nostri, filij, ciues nostri, hereditario nomine matris sue, domine Elizabeth, dicti domini Wedekindi sororis, sexingentas marcas lubicensium denariorum per dictos dominum Wedekindum et sororem suam Elizabeth, pro instauracione vnius perpetue vicarie ad laudem Dei et animarum suarum salutem deputatas, nobis promte presentauerunt, humiliter supplicantes, quatenus illas ad vnius perpetue vicarie vsum iuxta dictorum legatorum desiderium aptaremus. Nos igitur, deuotis eorum affectibus inclinati, cum dictis sexingentis marcis terciam partem vnius integre sartaginis in salina Lunenborch cum dominio ipsius sartaginis, habentis tres choros salis quolibet flumine tollendos, nullo censu obligatos, site in domo inferiori Cluuinghe ad sinistram manum, cum intratur ipsa domus, Wechpanne vulgariter dicte, ad possidendum eam libere cum omni proprietate et jure perpetuo rite et racionabiliter comparauimus et ad vnius vicarie perpetue in ecclesia beati Jacobi apostoli Lubicensi, ad altare situm iuxta summum altare extra chorum versus aquilonem ad orientem in honorem omnipotentis Dei et gloriosissime matris eius virginis Marie, beati Andree apostoli ac beatorum Dyonisij et sociorum eius per dictam dicte sartaginis terciam partem dotate et instaurate perpetuos vsus fecimus applicari, vt inde dictorum legatorum memoria iugiter recolatur. Dictisque Elizabeth, Hermanno et Thiderico ex fauore concessimus speciali, quod ipsi vel heredes eorum possunt nobis sex personas ydoneas presentare, vnum post alium successiue, per nos vlterius ad dictam vicariam honorabilibus viris, dominis decano et capitulo, presentandos, virtute iuris nostri nobis in litteris inde confectis inter nos et capitulum reseruati. Quarum tamen sex personarum primus per dictam Elizabeth, dicti domini Wedekindi filiam, et tutores eius et per nos ad dictam vicariam rite presentatus, scilicet Godefridus dictus de Wokenisse, ipsam possidet iam in actu, et cum primo ipsam exhinc qualitercumque vacare contigerit, tunc dicti duo fratres Hermannus et Thidericus vel eorum heredes ad eandem vicariam nobis secundam personam ydoneam presentabunt; et ita deinceps dicta vicaria aliquociens vacante ipsa Elizabeth vel heredes eius terciam, et dicti duo fratres Hermannus et Thidericus vel eorum heredes quartam, Elizabeth vel eius heredes

Digitized by Google

quintam, Hermannus et Thidericus vel eorum heredes sextam personam ydoneam nobis, vt predicitur, vsque ad predictarum sex personarum completum numerum alternatis vicibus presentabunt. Quibus sex personis ita ad dictam vicariam successiue presentatis et defunctis, extunc de dicta presentacione nullius omnino amplius disponere intererit, nisi nostri. Ad hec premissa vnanimiter testes sumus. In cuius rei clarum testimonium sigillum nostre ciuitatis presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊ CCC̊ quinquagesimo septimo, in die beati Gregorii pape.

Aus dem Obern Stadtbuche Lib. 7. vom Jahre 1361.[1]

LXV.

Der Rath von Lübeck verheisst den Testamentsexecutoren des Johannes Clipper, welche aus dessen Nachlass 400 m℔ Lüb. Pf. zur Verbesserung einer Vicarie in der Aegidien-Kirche hergegeben haben, dass er das ihm zustehende Recht der Praesentation zu dieser Vicarie in den drei nächsten Vacanzfällen auf ihren oder ihrer Nachfolger Vorschlag ausüben wolle. 1357. März 12.

Vniuersis hanc paginam inspecturis . . aduocatus . . consules et commune ciuitatis Lubicensis salutem in omnium saluatore. Sagax discretorum prouisio racionabiles actus suos litterarum testimonio recommendat, vt appareant ex deliberato proposito prodiisse. Recognoscimus itaque per presentes et constare volumus vniuersis, quod honesti viri, ciues nostri, Hermannus de Osenbrugge, Rolofus dictus Biscop et Hermannus dictus Aldewerld, executores testamenti Johannis Clipper felicis memorie, qui alias in suo testamento quadringentas marcas lubicensium denariorum pro instauracione vnius vicarie perpetue in Dei laudem et anime sue salutem legauerat, nobis easdem quadringentas marcas denariorum promte presentauerunt, humiliter supplicantes, quatenus illas ad vnius perpetue vicarie vsum iuxta dicti legatoris desiderium aptaremus. Nos igitur, deuotis eorum affectibus inclinati, cum dictis quadringentis marcis et aliis ducentis marcis lub. den., quas vir prouidus, dominus Gherardus de Molne sacerdos diuino motus instinctu composuit, terciam partem vnius integre sartaginis in salina Lunenborch cum dominio

1) Randnote. Hec scriptura cancellata est ad mandatum dominorum consulum et de speciali consensu domini Johannis Lange consulis. Anno Domini MCCCCXIIII, Epiphanie.

Digitized by Google

ipsius sartaginis, habentis tres choros salis quolibet flumine tollendos, nullo censu obligatos, site in domo inferiori Cluuinghe ad sinistram manum, cum intratur ipsa domus, Wechpanne vulgariter dicte, ad possidendum eam libere cum omni proprietate et jure perpetuo, rite et racionabiliter comparauimus et ad vnius vicarie perpetue in ecclesia beati Egidii Lubicensi ad altare situm versus aquilonem ante chorum citra ambonem in honore(m) omnipotentis Dei et gloriosissime matris eius virginis Marie ac beatorum Mathei apostoli et sanctarum virginum Barbare, Agathe et Agnetis per dictam dicte sartaginis terciam partem dotate et instaurate, perpetuos vsus fecimus applicari, vt inde dicti legatoris memoria iugiter recolatur. Dictisque tribus testamentariis ex fauore concessimus speciali, quod ipsi vel heredes seu successores eorum, quibus ipsi hoc commiserint, aut illi, quibus heredes seu successores eorum hoc vlterius dederint in commisso, post supradicti domini Gherardi de Molne sacerdotis, qui predictam vicariam iam actu habet, obitum, possunt nobis tres personas ydoneas presentare, vnum post alium successiue, per nos vlterius ad dictam vicariam honorabilibus viris, dominis decano et capitulo, presentandos virtute juris nostri, nobis in litteris inde confectis inter nos et capitulum reseruati. Quibus tribus personis ita ad dictam vicariam successiue, vt predicitur, presentatis et defunctis, extunc de dicta presentacione omnino nullius amplius disponere intererit, nisi nostri. Ad hec premissa vnanimiter testes sumus. In cuius rei clarum testimonium nostre ciuitatis sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M^o CCC^c quinquagesimo septimo, in die beati Gregorii pape.

Aus dem Obern Stadtbuche Lib. 7. vom Jahre 1361.

LXVI.

Der Rath von Lübeck verheisst den vier Testamentsexecutoren des Arnold Levendighe, welche aus dessen Nachlass 600 ℳ Lüb. Pf. zur Stiftung einer Vicarie in der Marien-Kirche hergegeben haben, dass er das ihm zustehende Recht der Praesentation zu dieser Vicarie bis zum Tode des Längstlebenden unter ihnen auf ihren Vorschlag ausüben wolle. 1357. März 12.

Vniuersis hanc paginam inspecturis seu eciam audituris aduocatus et . . consules ciuitatis Lubicensis salutem in omnium saluatore. Sagax discretorum prouisio racionabiles actus suos litterarum testimonio recommendat, vt appa-

Digitized by Google

reant ex deliberato proposito prodiisse. Recognoscimus itaque per presentes et constare volumus vniuersis, quod honesti viri, ciues nostri, Arnoldus Schonewedder, Godeco de Brakele, Jacobus Deghenardi et Hinricus dictus Hederic, executores testamenti Arnoldi Leuendighen felicis memorie, qui alias in suo testamento vnam perpetuam vicariam in Dei laudem et anime sue salutem de propriis bonis suis disposuit instaurari, nobis sexingentas marcas lubicensium denariorum promte presentauerunt, humiliter supplicantes, quatenus illas ad vnius perpetue vicarie vsum iuxta dicti legatoris desiderium aptaremus. Nos igitur, deuotis eorum affectibus inclinati, cum dictis sexingentis marcis denariorum terciam partem vnius integre sartaginis in salina Luneborch cum dominio ipsius sartaginis, habentis tres choros salis quolibet flumine tollendos, nullo censu obligatos, site in domo inferiori Cluuinghe ad sinistram manum, cum intratur ipsa domus, Wechpanne vulgariter dicte, ad possidendum eam libere cum omni proprietate et iure perpetuo rite et racionabiliter comparauimus et ad vnius vicarie perpetue in ecclesia beate Marie virginis Lubicensi in capella media ad partem australem ad altare inibi situm, in honorem omnipotentis Dei et gloriosissime matris eius virginis Marie ac beati Jacobi apostoli maioris et sancte Ghertrudis virginis, per dictam dicte sartaginis terciam partem dotate et instaurate perpetuos vsus fecimus applicari, vt inde dicti legatoris memoria iugiter recolatur. Dictisque quatuor testamentarijs ex fauore concessimus speciali, quod ipsi, quamdiu ipsi vel eorum aliqui vixerint, possunt, seu eciam, quamdiu vnus eorum vixerit, ille vnus possit, quociens dictam vicariam vacare contigerit, nobis personam ydoneam presentare, per nos vlterius ad eandem honorabilibus viris, dominis decano et capitulo, presentandam virtute iuris nostri nobis in litteris inde confectis inter nos et capitulum reseruati. Quibus prenominatis quatuor testamentarijs defunctis, extunc de dicta presentacione omnino nullius amplius disponere intererit, nisi nostri. Ad hec premissa vnanimiter testes sumus. In cuius rei clarum testimonium nostre ciuitatis sigillum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M̊ CCC̊ quinquagesimo septimo, in die beati Gregorii pape.

Aus dem Obern Stadtbuche Lib. 7. vom Jahre 1361.

Digitized by Google

LXVII.

Der Rath zu Lübeck bevollmächtigt den Wizkinus Venceslai, von dem Ulrich, Abt zu Lüneburg, die Zurücknahme der dem päpstlichen Privilegium widerstreitenden Citation der Lübeckischen Bürger Heinrich und Egghehard von Cerbe zu erwirken. 1357. Juni 23.

Vobis, reuerendo in Christo patri et domino, domino Vlrico, abbati sancti Michahelis in castro Luneborch, ordinis Benedicti | Verdensis diocesis, ac aliis omnibus, quorum interest vel interesse poterit, nos aduocati et consules et commune ciuitatis Lubicensis | cupimus fore notum, quod, licet ex priuilegio nobis a sede apostolica graciose indulto non possimus neque debeamus extra muros ciuitatis | Lubicensis ad iudicium euocari, vos tamen, domine abbas, quia huiusmodi priuilegii fortassis ignarus, Hinricum de Cerben ac Echardum, filium eius, conciues nostros, paratos cuilibet conquerenti exhiberi *(sic)* iusticiam coram quocumque competenti judice infra muros ciuitatis Lubicensis, citastis seu citari mandastis ad instanciam abbatis et conuentus monasterij dicti Schermbeke, ordinis Cysterciensis dicte Verdensis diocesis, ad comparendum coram vobis in Lunenborch, abbatis et conuentus predictorum querimoniis responsuri. Vnde nos Thidemannus de Warendorpe, proconsul, nomine proconsulum et consulum omnium et singulorum Lubicensium et nomine Hinrici de Cerben et Echardi filii sui predictorum, honorabilem virum, magistrum Wizkinum Venceslai, Caminensis diocesis, exhibitorem presencium, (nostrum) et ipsorum Hinrici et Echardi de Cerben memoratorum in verum et legitimum ordinamus, facimus, constituimus procuratorem et nuncium specialem, dantes et *(Das Folgende ist fast wörtlich gleichlautend mit Bd. III. No. 272, nur dass Heinrich und Egghehard von Cerbe anstatt des Otto Lange genannt werden.)* Acta sunt hec Lubeke, in domo habitacionis nostre, anno Domini M CCC LVII, indictione decima, mensis Junii die XXIII, hora completorii vel quasi, presentibus discretis viris Christiano Godubusse, clerico Ratzeburgensis diocesis, Gerardo Toxstede, layco Caminensis diocesis, Johanne de Dimele, layco Maguntinensis diocesis, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(Notariatszeichen.) Et ego Albertus dictus Witte, clericus Bremensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi procuratoris constitucioni, ratihabicioni ac omnibus aliis et singulis suprascriptis vna cum pre-

Digitized by Google

fatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc publicam formam redegi, quam manu mea propria scripsi meoque signo solito et consueto signaui in maiorem euidenciam eorundem.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Stadtsiegel und Rücksiegel.

LXVIII.

Ulrich, Abt in Lüneburg, widerruft die auf Anhalten des Abtes und Klosters in Scharnebeck von ihm ausgegangene Citation der Lübeckischen Bürger Hinrich und Egghehard de Cerben und verweist die Streitsache zum weiteren Verfahren an den Archidiaconus in Lübeck. 1357. Juli 24.

Olricus, Dei gracia abbas in castro Luneborg, ordinis sancti Benedicti, Verdensis dyocesis, judex et conservator religiosorum | virorum, abbatis et conuentus monasterij in Scherbeke, Cysterciensis ordinis dicte Verdensis dyocesis, vniuersis, ad quos presens scriptum | peruenerit, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Nuper ad instanciam procuratoris dictorum abbatis et conuentus in Schermbeke | discretos viros Hinricum et Egghehardum filium eius dictos de Cerben, ciues Lubecenses, coram nobis ad certum terminum in Luneborg fecimus et mandauimus euocari, in quo termino procurator honorabilium virorum, videlicet magister Wessekinus, consulum et vniuersitatis ciuitatis Lubecensis coram nobis ibidem constitutus tenores litterarum apostolicarum sub instrumento ibidem produxit et legi fecit continentes, quod proconsules et consules, ciues et vniuersitas dicte ciuitatis Lubecensis extra locum et ciuitatem Lubecensem ad judicium non per quoscunque judices possent euocari. Quibus litteris coram nobis productis et lectis dictam causam de expresso partis actricis consensu intra ciuitatem Lubecensem coram archidyacono remisimus terminandam. Postea tamen, procuratoris predicti monasterij Scherbeke precibus inclinati, quandam citacionem a nobis tacita veritate, prout ex post facto apparuit, impetratam contra predictos ciues emisimus, quam quidem citacionem tamquam subrepticiam reuocauimus et tenore presencium reuocamus, remittentes predictam causam ex nunc prout ex tunc ad ciuitatem Lubecensem cum omnibus emergentibus, dependentibus et connexis, cum intencionis nostre non existat, priuilegia dicte ciuitatis contra iusticiam quomodolibet violare. Datum Luneborg anno Domini M̊ C̊C̊ LVII̊, in vigilia beati apostoli Jacobi, nostro sub sigillo.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem wohlerhaltenen Siegel.

Digitized by Google

LXIX.

Volpert von Utrecht, Mönch im Kloster Scharnebeck, überlässt mit Einwilligung des Abtes den Antheil an 10 m₰ Einkünften aus den Wiesen bei Moisling, der ihm durch den Tod seiner Schwester Catharina zufallen könnte, dem Lübeckischen Bürger Hinrich Smylow und dessen Erben. 1357. Septbr. 17.[1]

Nouerint vniuersi, quorum interesse fuerit opportunum, quod ego frater Volpertus dictus de Uthrecht, monachus in Scherenbeke ‖ ordinis Cysterciensis, de voluntate et consensu domini abbatis mei tociusque conuentus ceterorumque meorum amicorum, quorum consensus fuit ‖ requirendus, resignaui et dimisi ac presentibus presencialiter resigno et dimitto omnem meam deuolucionem, que ad me iure ‖ hereditario devolui poterit de decem marcarum redditibus in pratis ville Meyslinghe sitis, sorore mea Katherina dicta de Uthrecht, sanctimoniali in Rene, mortua et sepulta, cum omni iure, proprietate, libertate, prouentibus et fructibus vniuersis, sicuti per sororem meam predictam hactenus sunt possessi et per me essent possedendi, discreto viro Hinrico Smylowe, ciui Lubicensi, et suis veris heredibus libere et quiete, pacifice possidendos temporibus affuturis, renuncians omni iuri et proprietati michi in premissis quomodolibet competenti, dando plenariam potestatem dicto Hinrico et suis heredibus dictos redditus alienandi, vendendi vel transferendi in personas ecclesiasticas vel seculares, prout eisdem visum fuerit expedire, contradictione qualibet non obstante. Et nos Tylemannus, abbas monasterii Scherenbeke supradicti, dictam renunciacionem seu resignacionem fratris Volperti prenotati ratificantes seu approbantes, sigillum nostrum vna cum intersigno dicti fratris presentibus apposuimus in euidens testimonium premissorum. Datum anno Domini M̊ C̊C̊C̊ quinquagesimo septimo, ipso die beati Lamberti episcopi et martiris.

Nach dem Original auf der Trese. Von dem Siegel des Propstes ist nur ein Bruchstück erhalten, das des Volpert von Utrecht ist eine Hausmarke mit der Umschrift: . . . . BƏRTI DƏ VTRƏChT.

---

1) Vgl. Bd. III. № 284.

LXX.

Adolph, Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den Verkauf von 10 mẞ. Einkünften aus den Wiesen bei Moisling an den Lübecker Bürger Hinrich Smylow und dessen Erben. 1357. Novbr. 13.

In nomine Domini amen. Adolfus, Dei gracia comes Holtzacie et Stormarie. Vniuersis presencia visuris seu audituris salutem in Domino. ‖ Sciant tam presentes quam futuri, quod Katherina, monialis claustri Rene, filia Volperti de Utrecht, necnon Rotcherus, Vol‖pertus et Hermannus, fratres filii Rotgheri Roden, qui proximi heredes ad infrascripta bona esse dinoscuntur, accedente consensu ‖ et voluntate nostra ac omnium, quorum intererat vel interesse poterit in futurum, resignauerunt et dimiserunt pro quadam pecunie summa eis integraliter, vt coram nobis confessi sunt, persoluta decem marcarum redditus sitos in pratis, olim spectantibus ad curiam Alheydis, relicte Johannis Balch militis, et eius filiorum Emekini et Nicolai, in villa dicta Moyslinghe cum omni proprietate, libertate, prouentibus omnibus et fructibus, veluti dicta bona ad ipsam Alheydim, quondam Volpertum de Utrecht, Leyfardum de Horne et Katherinam predictam hactenus liberius pertinuerunt, discreto viro Hinrico dicto Smylowen, ciui Lubicensi, et suis veris heredibus perpetuo libere possidendos. Quam quidem resignacionem gratam habemus et approbamus, predictos redditus comprehensos in suis distinctionibus pratorum predictorum cum omni jure, libertate et perpetua proprietate assignauimus et dimisimus ac presencialiter assignamus et dimittimus eisdem Hinrico dicto Smylowe et suis veris heredibus perpetuo libere et pacifice possidendos, nichil nobis iuris reseruantes in premissis, ita quod ipse Hinricus et sui heredes nec nobis nec nostris aduocatis et officialibus nec cuiquam alteri exinde quidquam facere tenebuntur, dantes eisdem plenum posse predicta bona seu redditus vendendi et, quacumque alienacione decreuerint, alienandi et transferendi in personas ecclesiasticas vel seculares, nostro ad hoc consensu aut cuiuscumque alterius minime requisito. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊ CCC̊ LVII̊, in die beati Brictii episcopi.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem, nur unvollständig erhaltenem Siegel, welches den Grafen Adolph als Sohn Johanns III. bezeichnet und ihn noch als domicellus angiebt.

Digitized by Google

LXXI.

Wulfard, Propst, Sophia, Priörin, und gesammter Convent des Klosters zu Preetz bezeugen, dass Walburgis von Wedeghe, in der Voraussetzung der Zustimmung ihrer Mutter und ihrer Vormünder, Nichts dagegen habe, ihre 4 mỹ. Einkünfte aus dem Hause des Bertold von Ydstede in andere ebenso sichere Einkünfte zu verwandeln. 1358. Apr. 16.

Honorabilibus viris et discretis dominis consulibus ciuitatis Lubeke Wlfardus, prepositus, Sophia, | priorissa, totumque collegium monialium Porocensium oraciones in Christo continuas et deuotas. Vestre || honestati presentibus declaramus, quod constituta coram nobis Walburgis dicta de Wedeghe, nostra | commonialis, dedit plenam facultatem et libertatem commutandi suos quatuor marcarum redditus, quos habet in domo Bertoldi dicti de Ydstede, dummodo fuerit de consensu matris sue Wyburgis dicte de Wedeghe et suorum prouisorum, videlicet Reynekini dicti de Heyde et Johannis dicti de Quale, et sufficienter in certos et equiualentes redditus commutentur. In cuius rei euidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini millesimo CCC̊ quinquagesimo octauo, feria secunda post Misericordia Domini.

Nach dem Originale auf der Trese. Mit anhangendem Siegel des Propstes. Das der Priörin ist vom Siegelbande abgesprungen.

LXXII.

Die Rathmänner Bernard und Johannes Plescow und Conrad Russenberg als Vormünder für Gerhard und Eberhard, Söhne des Eberhard Russenberg, weiland Rathmanns in Lübeck, übergeben dem Tidemann Russenberg, Rathmann in Dorpat, eine Abrechnung über das Vermögen ihrer Mündel. 1359. Jun. 18.

Notum sit, quod sub anno Domini M̊ CCC̊ LIX, feria tercia post festum sancte Trinitatis, domini videlicet Bernardus et Johannes dicti Plescowe, | consules, et Conradus Ruscenberg, quondam puerorum domini Euerardi Ruscenberg, consulis Lubicensis, prouisores, cum honorabili | viro domino Thidemanno Ruscenberg, consuli Tarbatensi, et ipse cum eis, presentibus testibus infrascriptis, computaue|runt amicabiliter et concorditer super bonis dictorum

Digitized by Google

puerorum, Euerhardi et Gherardi, sub hoc modo iam postscripto. Primo dominus Hinricus Plescowe, qui, dum adhuc viueret, eciam prouisor fuit dictorum puerorum, manebit eisdem pueris in CCC et XXXVI marcis denariorum lubicensium, prout dicti domini Bernardus et Johannes Plescowe, prouisores sui, lucide recognouerunt, obligatus. Item Conradus Ruscenberg tenetur eisdem pueris de redditibus, in domo sua, quam personaliter nunc inhabitat, sita in fossa pistorum intra domos Johannis Bernewijk et Thidemanni Rauen existentibus, CC marcas denariorum, et ad has specialiter tenetur ipsis C marcas denariorum monete prenominate. Item Hildebrandus Ruscenberg in societate, quam habet cum dictis pueris, sub se habet V^{C} marcas den. lub., de quibus inantea centum marce den. ipsis pueris pertinent, quas ipsi sibi mediantibus suis prouisoribus mutuo concesserunt. Reliquarum vero quadringentarum marcarum dimidietas dicto Hildebrando et alia dimidietas earundem pueris pertinet supratactis. Item dicti pueri in domo Johannis Hesselere, sita in platea Noelis intra domos Johannis de Munster et quondam Ludekonis Samekowe, quatuor marcarum den. wicbeldes redditus annuos, quamque marcam emptam pro XVIII marcis den., obtinebunt. Summa omnium premissorum ad mille et VIII marcas den. lub. in parata pecunia se extendit, exceptis tamen clenodijs diuersis et fabrilibus aureis et argenteis, que eciam dictis pueris dinoscuntur pertinere.[1] Sic vero dictus dominus Thidemannus eisdem prouisoribus pro huiusmodi fida prouisione, quam circa ipsos pueros habuerunt hactenus et gesserunt et in bonis eorundem, retulit magnas grates. Promisit quoque dictus dominus Thidemannus eisdem prouisoribus patentem litteram dominorum consulum Tarbatensium dominis consulibus in Lubeke transmittere, hoc in se continentem, quod dicti patrui sui, Euerardus videlicet et Gherardus, prefati domini Euerardi pueri, in eadem littera huiusmodi vendicionem XVI marcarum den. reddituum wicbeldes, quas ipsorum prouisores Arnoldo Schoneweder vendiderunt, prout in litteris memorialibus inde scriptis planius continetur, quarum VI marce sunt in tribus bodis Conradi Grysen sita in platea sancti Egidij intra domos Johannis Seueneken et Johannis Rukowe pistoris et X marce in domo Hinrici Michaelis sita in platea regum intra domos Hinrici de Cerben et Gherlaci Wend, consensiendo approbent et ibidem coram consilio ipsis eciam resignent et quod gratum et ratum perpetuo teneant, quod per dictos prouisores ipsorum factum est in premissis. Testes sunt domini Jo-

1) Vgl. Bd. III. № 333.

Digitized by Google

hannes Pertzeuale et Bernardus Côesueld, consules, qui has litteras inde memoriales ad se, quia huic recognicioni presentes fuerunt et audiuerunt, omnes suprascriptos sic, ut prefertur, concordasse, acceperunt. Actum coram eisdem, anno Domini M̊ CCC̊ LIX̊, die suprascripta.

Litterae memoriales auf der Registratur mit der Aufschrift: Prouisorum et puerorum domini Euerardi Ruscenberg.

LXXIII.

Der Knappe Henning Meinerstorp bekennt sich schuldig, dem Lübeckischen Bürger Tidemann Brüggemann nächste Ostern 40 mℵ Lüb. Pfennige zu bezahlen. 1360. Jan. 16.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Ego Hennyngus Meynerstorp, armiger, cupio fore notum, per ‖ presentes publice protestando, me et meos veros heredes teneri ex iusto debito prestita fide discreto ‖ viro Thidemanno Bruggheman, ciui Lubicensi, suisque veris heredibus in quadraginta ‖ marcis lubicensium denariorum argenteorum, proximo festo Pasche sine dilacione vlteriori intra ciuitatem Lubicensem cum parata pecunia vel talibus pingneribus prosecutis, de quibus suam pecuniam recipere valeat expedite, integraliter persoluendis. Super hijs sic firmiter seruandis vna mecum insolidum coniuncta manu dataque fide compromiserunt Hartwicus Tzabel et Koler Meynerstorp, famuli, in omnibus condicionibus prenarratis. Ceterum profitemur, nos promisisse Conrado, Alberto fratribus dictis Bruggheman et Ludekino Snakenbeke ad manus dicti Thidemanni suorumque heredum iustorum. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis meorum compromissorum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊ CC̊C LX, feria quinta proxima post octauam Epyphanie Domini.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangenden Siegeln des Timmo Meinerstorp und des Hartwich Tzabel, das des Koler Meinerstorp ist vom Siegelbande abgerissen.[1]

1) Die Siegel sind beschrieben: Siegel des M.-A. Heft 5. p. 83. Heft 7. p. 162.

LXXIV.

Der Knappe Johannes Reventlo bekennt, dem Lübeckischen Bürger Tidemann Brüggemann 17 mℓ Lüb. Pf. schuldig zu sein, und verspricht, sie am nächsten Michaelistage zu bezahlen. 1360. März 12.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Ego Johannes de Reuentlo, armiger, cupio fore ‖ notum per presentes publice protestando, me et meos veros heredes teneri ex iusto debito prestita ‖ fide discreto viro Thidemanno Brugheman, ciui Lubicensi, suisque veris heredibus in ‖ decem et septem marcis lubicensium denariorum argenteorum, proximo festo sancti Michaelis sine dilacione vlteriori intra ciuitatem Lubicensem cum parata pecunia vel cum talibus pingneribus prosecutis, de quibus suam pecuniam recipere valeat, expedite integraliter persoluendis. Super hijs sic firmiter seruandis vna mecum insolidum coniuncta manu dataque fide compromisit Johannes van der Wysch, famulus, in omnibus condicionibus prenarratis. Ceterum profitemur, nos promisisse Alberto Bruggheman et Marquardo Bardewyk ad manus dicti Thidemanni suorumque heredum iustorum. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo mei compromissoris presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊ CC̊C LX, in die sancti Gregorij pape.

Nach dem Original auf der Trese. Mit beiden anhangenden Siegeln. [1]

LXXV.

Magnus, König von Schweden, Norwegen und Schonen, und Hako, König von Norwegen, ersuchen den Rath von Lübeck, den Hermann Osenbrügge im ungestörten Besitz derjenigen Waaren zu lassen, welche er von ihnen an Zahlungsstatt empfangen habe. 1360. April 16.

Magnus, Dei gracia rex Swecie, Norwegie et Scanie, et filius suus Haquinus, eadem ‖ gracia Norwegie rex. Honorabilibus et discretis viris, proconsulibus et consulibus Lubicensibus eternam in ‖ Domino salutem. Noueritis, quod omnia et singula bona et merces dilecto nobis Hermanno Osenbrug‖ge, conciui vestro, nostro nomine et ex parte infra Norwegiam pro euacuacione debitorum, que vice nostra contraxerat, solutas et commissas eidem Hermanno

1) Die Siegel sind beschrieben: Siegel des M.-A. Heft 6. p. 94. Heft 7. p. 170.

appropriamus et sue mere possessioni asscribimus per presentes. Eciam quicunque contra eum agere voluerit de eisdem, [cum aliquis] cuiuscunque condicionis aut status fuerit, eundem Hermannum super bonis et mercibus huiusmodi jure quouis impetere non habebit. Ymo si aduocati nostri simulaciones aliquas vel excessus in hac parte commiserant, exponere eos volumus juri, dummodo quisquam contra eos procedere voluerit in iudicio coram nobis. Eapropter discreciones vestras requirimus et rogamus, quatinus eidem Hermanno ob impeticionem quorumcunque in bonis et mercibus huiusmodi per sentencias seu processus quoscunque inferri non sustineatis preiudicium aliquod siue dampnum. Datum Stocholmis, anno Domini MCCCLX, feria quinta proxima post dominicam Quasimodogeniti.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangenden Siegeln der beiden Könige.

LXXVI.

Aufzeichnung über die Bedingungen, unter welchen Nicolaus Molenstrate sein Haus in der Mühlenstrasse an Detlev Holzsten, den Schmied, genannt Hofslegher, auf sechs Jahre vermiethet hat. 1361. Febr. 14.

Notum sit tam presentibus quam futuris, quod Nicolaus Molenstrate locauit seu ad huram dedit | Detleuo Holzsten fabro, dicto hofslegher, domum suam sitam in platea molendinorum, | in qua Rotifex morabatur, scilicet isto modo, sic quod prefatus Detleuus debet in dicta | domo habitare a proximo festo Pasche vltra per sex annos continue numerandos, deinde quolibet anno X marcas lubicenses ad huram debitam erogandas. Dictis sex annis elapsis, si tunc vni cum altero placuerit commanere, tunc Detleuus debet esse proximus eandem domum optinendi pro tali hura, pro qua alteri debeat locari seu dimitti. Sed specialiter inter ipsos ambos est talis condicio facta, quod prefatus Nicolaus omnimode nichil infra dictos sex annos in dicta domo debeat ad vsum Detleui edificare, sed quicquid spectabit infra illos sex annos prescriptos in eadem domo ad vsum Detleui edificandi, hoc ipse Detleuus edificabit sub suis propriis sumptibus, laboribus et expensis. Et quicquid Detleuus in dicta domo edificabit aut struat, hoc totum in illa mansione et domo permanebit absque fractione et deuastacione cuiuscunque. Ceterum Detleuus est confessus publice coram testibus infrascriptis, quod in prefata domo velit portare in valore XXX marcas, scilicet instrumenta et alia, que et qualia ipse

Digitized by Google

Detleuus dicto Nicolao in presencia testium subscriptorum eorundem pro pignere obligauit et obligat presencialiter cum omni jure, vt ipsi Nicolao eo firmius et diligencius obseruentur supradicta. Testes sunt domini Johannes Schenyng et Johannes Meteler, consules Lubicenses, litteras memoriales habentes de premissis. Datum anno Domini M CCC LX primo, die dominica, qua cantatur Inuocauit.

Litterae memoriales auf der Registratur mit der Aufschrift: Littera memorialis Nicolai Molenstrate et Detlevi Holsten Fabri.

LXXVII.

Auseinandersetzung zwischen Hermann von Wickede und seinen Söhnen Gottschalk und Johannes in Bezug auf pecuniäre Verpflichtungen gegen die Capelle im St. Catharinen-Kloster, ferner in Bezug auf ausstehende unsichere Schulden und andere Vermögensverhältnisse. 1361. März 12.

Notandum sit, quod ego Hermannus de Wickede concordaui cum filijs meis Godscalco et Johanne sic, quod dictus filius meus Godscalcus tenetur ad capellam in claustro ‖ beate Katherine ducentas marcas denariorum lubicensium, pro quibus quolibet anno tenetur decem marcas reddituum singulis annis exponendas, quam diu dicti redditus ‖ aliqualiter alibi non fuerint comparati. Et cum dicti redditus alibi comparari poterint, predictus Godscalcus dictas ducentas marcas denariorum lubicensium ad predictos redditus comparandos ‖ exponet expedite. Item dictus Godscalcus tenetur nonaginta marcas denariorum lubicensium minus XXII solidis ad dictam capellam, quas ego Hermannus susceperam in superfluo magis quam exposueram per totos annos preteritos, in quibus ego Hermannus predictus prouidi capellam antedictam. Insuper concordaui cum predictis filijs meis Godscalco et Johanne, quod ista sunt nostra incerta debita, primo in castro Zegheberghe centum et quinquaginta marcas uel circa;[1] item in Tremonia cum Stipel quadraginta scudatos; item cum domina in Grudens nonaginta marcas; item in villa Tensevelde et Berchteheyle centum marcas; item in molendino in Odeslo terciam partem uel circa; item omnia debita in Marchia, sicuti patet in litteris super ea confectis. Et hec debita antedicta michi Hermanno per dimidium et sibi Godscalco per

1) Vgl. Bd. III. № 592. S 625 und 627.

Digitized by Google

dimidium sunt attinencia. Item concordauimus, quod amplius omnes expensas, quas facere nos oportet ad opus dictorum debitorum prosequendum, ego Hermannus dimidietatem et Godscalcus aliam dimidietatem tempore oportuno exponemus. Insuper vsque ad istud tempus ego Hermannus plenam feci computacionem dictis filijs meis de omnibus bonis receptis et expositis, sic quod nullus eorum me aut meos heredes aut prouisores de aliquibus in aliquo debeat amplius aggrauare. Item concordauimus, quod ego Hermannus de omnibus antescriptis debitis preante habere debeo quinquaginta quinque marcas cum dimidia, item triginta sex marcas eciam preante habebo. Item omnes scripture libri ciuitatis Lubicensis vnumquemque nostrum predictorum tangentes, veluti continent, plenarie vigorem obtinebunt, ac eciam littere testimoniales iacentes sub manibus dominorum consulum Hermanni Gallin et Johannis Perseual continentes de debitis, in quibus domino magistro generali de Prucia tenemur, in suo vigore ac robore totaliter permanebunt. Testes huius sunt domini consules Hermannus Gallin et Johannes Perseual. Actum anno Domini M CCC LXI, in die beati Gregorij.

Litterae memoriales auf der Registratur mit der Aufschrift: Littera memorialis Hermanni de Wickede et filiorum suorum Godscalci et Johannis.

LXXVIII.

Beschwerde des Lübeckischen Bürgers Arnold von Grevesmühlen über ein Verfahren des Raths von Grevesmühlen. 1361. Jun. 3.

Notum sit, quod Lambertus de Godebuz et Hinricus vanme Springhe coram consilio constituti suis prestitis confirmauerunt iuramentis, hoc ipsis veraciter esse notum, quod anno Domini M CCC LVII, in autumpno, super litteram apertam consulum in Gnewesmolen domini consules Lubicenses per sentenciam diffinitiuam pronunciauerunt, quod Arnoldus de Gnewesmolen, noster ciuis, cuidam clerico nomine Johannes Bardewijk XL^ta^ marcas denariorum lubicensium argenteorum deberet erogare, quas sibi dedit et persoluit, et tunc illis solutis deberet [in Gnewesmolen] cum ciuibus Lubicensibus proprias hereditates habentibus in Gnewesmolen equitare et a consulibus ibidem huiusmodi hereditatem, pro qua dictas XL^ta^ marcas persoluit, postulare. Qui cum dictis ciuibus prenotatis in Gnewesmolen equitauit et a consulibus ibidem

Digitized by Google

dictam hereditatem postulauit. Qui responderunt ipsis, quod tam boni viri et honesti hoc coram ipsis fuerant protestati, quod illa area Hennekini Bardewijk in der Plochchenstraten dicto Arnoldo pertineret, quam, si vellet, edificare posset quidem bene. Ad huiusmodi dictus Arnoldus sic respondit: Quis posset vltra et supra librum vestre ciuitatis protestari? Rogo, quod dicatis michi, quis sustulit meum solidum pacis, quod dicitur vredeschilling, aut denarium dictum godespenning subleuauit, aut quis me in possessionem dicte aree induxit corporalem? Responderunt: Dictum est uobis. Tunc profundius instetit et ipsos monuit pro eodem antedicto, qui responderunt, quod abirent, ipsi vellent interloqui super eo et sibi dare responsiuam. Et sic consules in consilio inter se rixari pro huiusmodi inceperunt, qui semper tunc duo tunc tres et sic vltra, quousque remansit nullus eorum de consilio, sed omnes successiue de consistorio descenderunt et sic dictis nostris ciuibus nullum aliud responsum preter iamdictum fuerat ipsis datum et sic paciebatur magnum defectum in hereditate antedicta, vnde conquerebatur, se magnum dampnum sustulisse, Arnoldus memoratus. Actum coram consilio.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom J. 1361, Octava Corporis Christi.

LXXIX.

Aufzeichnung über Verpfändung von Grundstücken an der Trave. 1361. Jul. 15.

Notum sit, quod Heyno Schonekind tenetur Hermanno Semelowe, genero suo, CCC marcas denariorum lubicensium, pro quibus proprietatem hereditatis sue site intra plateas videlicet fosse Anglicorum et Oldenuere maioris ex opposito platee dicte Alesheide intra bodas domini Johannis Plescowe et Schonenberg candelatoris coram consilio, sicut jacet, cum omnibus bodis ibidem adiacentibus et appertinencijs suis ipsa die Diuisionis Apostolorum impignorauit, saluo tamen illi suo wicbelde, qui id habet in eadem domo et bonis prenominatis. Similiter eodem termino pro eisdem debitis impignorauit sibi quatuor ortos suos, quorum vnus prope Domum et curiam Heremite, alii tres ex opposito dicte curie extra valuam vrbis prope Houetberch, (siti sunt,) sicut jacent, et cum hoc curiam suam sitam in Hakenbeke cum duobus mansis, sicut jacet, impignorauit sibi pro eisdem. Debet eciam pro dictis CCC marcis denariorum sibi quolibet anno XXX marcas den. persoluere expedite, quas

Digitized by Google

sibi in minoracionem earundem CCC marcarum den. debet omni anno defalcare et festo Michaelis proxime affuturo ultra ad annum immediate sequentem primas XXX marcas den. sibi persoluere debet, et sic quolibet anno exhinc sequente festo Michaelis debet sibi XXX persoluere, donec tota summa videlicet CCC marce sibi sunt totaliter persolute. Si autem aliquem terminum in huiusmodi neglexerit persoluendo, extunc omnia dicta sibi impignorata potest coram judicio prosequi pleno jure, et super omni defectu, si quem pacieretur in premissis siue dampnum, sibi in integrum promisit respondere. Si autem idem Heyno medio tempore de medio sublatus fuerit, extunc ad alia bona sua prompciora, quecunque habuerit, si in huiusmodi debitis aliquem defectum pacieretur, potest se tenere et ex eisdem, quantum sibi in huiusmodi defecerit debitis, emonere et leuare. Actum coram consilio.

Später hinzugefügt: Primo persoluit LX marcas anno LXIII octaua die mensis Junii. Item persoluit sibi XXX marcas anno LXVI die Omnium Sanctorum. *Weitere Angaben über geschehene Rückzahlungen finden sich nicht.*

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom J. 1361, Divisionis Apostolorum.

LXXX.

Ludwig der Römer, Markgraf zu Brandenburg etc., Barnim, Herzog zu Stettin etc., Albrecht, Herzog zu Mecklenburg etc., Bernhard und Lorenz, Herren zu Werle, verkünden den zwischen ihnen geschlossenen Landfrieden. 1361. Aug. 9.

Abgedruckt in Riedel, Codex diplomaticus Brandenburgensis II., 2. p. 434 fgg. nach dem Originale im K. Provincial-Archive zu Stettin.

Darin heisst es p. 437:

Vnde wy de vorbenumede marcgreue tyn in dessen landfreden — — de van Lubik.

LXXXI.

Werner Rothe, Bürger in Göttingen, entschuldigt sich bei dem Rathe von Lübeck, dass er Krankheit halber an dem ihm bestimmten Gerichtstage nicht erscheinen könne, und sendet statt seiner den Meister Hildebrand und Thile von Lengeleren. O. J. (1361.)[1]

Minen willigen truwen denst to voren. Erbaren wisen beschedenen man, gi heren burge‖meistere vnde rad to Lubeke, leuen sunderliken heren. Alse gi mi gescreuen hebben, dat ‖ ek vor uck komen scholde des neisten richtedages na vnser Vrowen dage der leteren, ‖ des do ek iuwer wisheyt gutliken weten, dat ek nicht wol reysich en bon *(lies bin)* an minen liue, dat ek nicht wol wanderen ne mach vnde ne kan to disser tid suluen nicht vor gik kamen, vnde bidde gik, dat gi dat vor nenen vnwillen nemen, vnde vorderen disse iegenwerdigen mester Hildebrande vnde Thile van Lengeleren in miner sake des besten, des gi mogen. Dat willek eweliken vordenen, wur ek vmmer mach. Datum mei sub sigillo.

Wernherus Rufi, burgensis in Gothingen.

Auf der Rückseite: Honorabilibus, legalibus et prudentibus viris, dominis proconsulibus et consulibus in Lubeke, dominis suis specialibus, detur.

Nach dem Original auf Papier auf der Trese. Mit Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels.

LXXXII.

Hakon, König von Norwegen, giebt der Stadt Lübeck und den übrigen Seestädten beruhigende Zusicherungen wegen Ausführung der mit ihnen eingeleiteten Verhandlungen. O. J. (1361.) Septbr. 22.[2]

Haquinus, Dei gracia Norwegie rex. Honorabilibus et prudentibus viris, dominis proconsulibus et ‖ consulibus ciuitatum Lubek et aliarum maritimarum, salutem et sinceram in Domino caritatem. Dilectionibus ‖ vestris volumus esse notum, vt, quemadmodum consiliarij et ambaxiatores regni Swecie in legatione ‖ carissimi patris et domini nostri ac nostra emissi vobiscum placitauerant aut ex parte nostra promiserant, ita omnia debitum per

1) Vgl. Bd. III. № 403. Vgl. ebd. 391. 307—99.

2) Das Schreiben bezieht sich auf die Verhandlungen mit den Königen von Norwegen und Schweden, welche in dem Bündniss vom 8. September 1361 ihren Abschluss fanden. Vgl. Bd. III. № 410. Die Sachlage, welche sich darin zu erkennen giebt, passt nur in eben dieses Jahr.

Digitized by Google

exequcionem sorcientur effectum, dumtamen vos, sicut nullatenus dubitamus, contra emulos nostros et presertim, qui nobis ignorantibus patrimonium nostrum destruxerant et adhuc destruere plus nituntur, nobis et vtrique regno auxilium feceritis, sicut predicti homines nostri et ambaxiatores vobiscum tractauerant, quia ex hoc dilectionibus vestris facturi sumus et facere volumus, quidquid iustum fuerit et auunculi nostri et amici speciales, domini comites Holzstacie et Stormarie, Henricus et Nicolaus, vel eorum alter, nobis iniunxerint faciendum. Super quo ad fidem nostram et honorem firmum habeatis respectum. Et in illis, que dicti domini comites vel eorum alter ac homines nostri nostro nomine dixerint, ita secure faciatis, ac si vobis personaliter loqueremur. In Domino feliciter valeatis et diu nobis per ipsos et cum ipsis effectiuum remittatis responsum. Scriptum Ludosie, die sanctorum Mauricij sociorumque eius.

Alte Registratur-Aufschrift: Invtilis. Dusser wert nicht mer nütte.

Nach dem auf der Trese befindlichen Originale, mit anhangendem, ziemlich erhaltenem Siegel.

LXXXIII.

Der Rath von Svendborg ersucht die Räthe von Lübeck und Wismar, den Svendborger Bürger Peter Mattisson Waaren einkaufen und ausführen zu lassen, mit der Versicherung, dass Nichts davon für den König von Dänemark oder dessen Diener bestimmt sei. 1362. Octbr. 4.

Viris discretis multum et honestis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis ‖ Lybek vel Wismarie, consules et opidani in Swineborgh promocionis et ho‖noris augmentum. Vestre discrecioni significamus, exhibitorem presencium, Petrum ‖ Mattisson, nostrum esse coopidanum, et bona, que ad presens nauigio ducit, de opido nostro Swineborgh ducit et non aliunde. Quare petimus diligenter, quatenus ex fauore vestro apud vos mercimonia emere et de vestra ciuitate educere valeat, quia, quicquid in mercimonijs eduxerit, ad forum opidi nostri ducere debet sub dominio dominorum comitum Holtzacie et ibidem vendere, nec aliquid de hijs, que de ciuitate vestra eduxerit, ad vsum domini regis Dacie aut ministrorum suorum peruenire debet, pro quo vobis stamus per presentes. Datum anno Domini M CCC sexagesimo secundo, in die Francisci, opidi nostri sub sigillo.

Nach dem Original auf der Trese. Mit aufgedrücktem, ziemlich wohlerhaltenem Siegel.

Digitized by Google

LXXXIV.

Matthias Sod erklärt, dass er den Konike Kempe gegen Zahlung von 30 mꝶ Lübisch aus der Gefangenschaft entlassen habe. 1362. Nov. 13.

Omnibus presens scriptum cernentibus Mathias Sod salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, latorem presencium Konike ‖ Kempe, quem in guerra, dum ciuitatenses pro castro Helsingborgh fuerunt, captiuaui, triginta marchas lybycenses pro ‖ sua captiuacione ad meam voluntatem totaliter erogasse, vnde ipsum Konike pro dicta captiuacione ab impeticione mei et quorumcunque quittum dimitto et penitus excusatum per presentes. Scriptum Kalundborgh, anno Domini millesimo CCC LX secundo, dominica proxima post diem beati Martini episcopi et confessoris, sub sigillo Johannis Nafneson, aduocati domini Danorum regis ibidem, tergo fixo, proprio non presente.

Nach dem Original auf Papier auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.

LXXXV.

Johannes Nafneson, Vogt des Königs von Dänemark in Callundborg, bezeugt, dass der vor Helsingborg gefangen genommene Hinzeke Rothe die 35 mꝶ, die er für seine Freilassung versprochen, ihm bezahlt habe. 1362. Nov. 13.

nus, Johannes de Haghen, Bere et Hermannus Schütte. Recognoscimus publice per presentes, nos honorabilibus viris, dominis consulibus Lubicensibus, pro eorum expedicione tamquam stipendiarios venisse super placitis et prouerbijs sequentibus, ita quod ipsi vnicuique nostrum de XXIIII armigeris primo scriptis decem marcas puri et vnicuique nostrum de alijs XXIIII viris postremo scriptis quinque marcas puri pro suo stipendio ad dimidium annum erogabunt, pro qualibet marca puri tres marcas lubicenses computando. Quo stipendio, vt prefertur, nobis soluto debebimus bene contentari, non plus ab ipsis circumituri. Ipsi eciam tam in reisis nostri accessus ad eos quam recessus ab eis nullas omnino in hominibus, equis aut alijs rebus quibuscunque stabunt expensas aut auenturas. Si tamen in eorum expedicione vltra dimidium annum ad quinque vel VI ebdomadas prolixius maneremus, pro hijs nichil nobis dare tenebuntur. Et si ipsi ante huiusmodi dimidij anni terminum ad tres vel IIII vel quinque septimanas darent nobis licenciam recedendi, eque bene tamen integrum nostrum sallarium nobis ministrabunt. Pro premissis igitur omnibus et singulis condicionibus firmiter obseruandis nos Rabodo, Wildebrandus, Johannes et Bodo, capitanei predicti, pro nobis et quolibet nostre comitiue dictis dominis consulibus Lubicensibus promisimus et promittimus presentibus coniuncta manu et bona fide sine dolo, recognoscentes eciam, nos a sepedictis dominis consulibus trigintaquinque marcas puri super stipendio nostro jam prompte percepisse, de quibus eos dimittimus quitos et solutos. In premissorum euidens testimonium sigilla nostra ex certa nostra sciencia presentibus sunt appensa. Actum et datum Lubeke, anno Domini M CCC LXVIII, feria quinta post dominicam Quasi modo geniti infantes.

Nach dem Original auf der Trese. Mit Einschnitten für die vier Siegelbänder, welche sammt den Siegeln fehlen, auch nach Beschaffenheit der Einschnitte nie daran gehangen zu haben scheinen.

CXV.

Namensliste von im Dienste der Stadt stehenden Kriegern nebst Angabe der Anzahl der von ihnen geführten Bewaffneten. O. J. (1368.) [1]

Stipendiarii:

Dominus Hinricus de Schedinghe habet XXVIII armigeros.
Rabodo Wale XXIIII armigeros et alios XXIIII.
Lubbertus de Arnholte XXXII armigeros.

1) Die Zeitbestimmung ergiebt sich aus № 114 und № 111. Vgl. Bd. III. № 664. Anm. 1.

Digitized by Google

Hermannus de Horden XV armigeros.
Johannes vanme Haghene IIII armigeros.
Hinricus de Offenhusen solus.
Euerhardus Stenbeke IIII armigeros.
Lambertus Bokwolde X armigeros.
Luderus Rantzowe VI armigeros.
Helricus Wesenbergh V armigeros.

Nach dem Original auf der Trese.

CXVI.

Notariatsinstrument über den Verkauf einiger Wiesen Seitens der Wyba, Wittwe des Lübeckischen Bürgers Bertold von Yddesten an den Aegidien-Kaland in Lübeck. 1368. Aug. 22.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octauo, indictione septima, mensis Augusti die vicesima secunda, | hora quasi nona, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno sexto, in mei notarij publici ac infra|scriptorum testium presencia personaliter constituta honorabilis domina Wyba, relicta quondam Bertoldi de Yddesten, ciuis Lubicensis, parte ex vna, necnon | discreti viri Henricus Parkentyn, Eghardus Rosenůeld, Johannes de Vnna, ciues Lubicenses, fratres fraternitatis kalendarum sancte Marie virginis apud sanctum Egidium in Lubeke, parte ex altera. Quibus sic constitutis dicta honorabilis domina Wyba litteram quandam produxit et per me notarium legi petiuit, cuius tenor est et fuit talis: *(Folgt die Urkunde № 20.)* Qua littera perlecta dicta domina Wyba, non dolo nec fraude circumuenta, sed pure, simpliciter, libera mente et irreuocabiliter, manu propria personaliter dictam litteram dictis fratribus kalendarum, ut predictum est, dedit, cessit et ad manus presentauit, tali condicione quod presbiteri ipsius fraternitatis singulis annis futuris temporibus pro redditibus inde venientibus anniuersarium obitus sui diem vigiliis et missis defunctorum fideliter peragere debeant cum affectu. Et ut presencia ego notarius infrascriptus redigerem in formam publici instrumenti, me concorditer et sollempniter dicti fratres vna cum dicta domina Wyba requisierunt. Acta in ecclesia Lubicensi, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus

Digitized by Google

discretis viris, dominis Meynriko Vredeland, Conrado Rorebrand, presbiteris vicarijs ecclesie Lubicensis, testibus ad premissa singulariter requisitis.

(Notariats-Zeichen.) Et ego Marquardus Posewalk, clericus Caminensis dyocesis, publicus imperiali autoritate notarius, dum singula premissa sic, ut premittitur, fierent et agerentur, vna cum nominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui et in hanc publicam formam redegi, quam meis nomine et signo consuetis signaui rogatus et requisitus.

Nach dem Original auf der Trese.

CXVII.

Aufzeichnungen des Niederstadtbuchs über Soldquittungen und Auslösungen aus der Gefangenschaft. 1352—1368.

1352. Febr. 26.

Notum sit, quod Hartwicus Breyde, armiger, cepit et captum detinuit Johannem Castorp, servum Ludekini Buxtehude, et socium suum, licet ambos a captiuitate liberos post modicum tempus dimisit et solutos, hauis tamen dicti Johannis nullatenus restitutis. Pro quibus, vt idem Hartwicus havas et bona sua sibi integre redderet, nostri domini consules litteram eorum patentem dicto Hartwico miserunt. Quibus per eundem Hartwicum et suos prefato Johanni restitutis, quando fieret et eidem redderentur, ne tunc iterata monicio aut aliqualis actio dictum Hartwicum et suos pro huiusmodi captiuitate et hauarum restitucione per aliquem sequeretur, Martinus Clotekow et Godekinus Brakele dominis consulibus in solidum promiserunt. Actum coram consulibus dominica Inuocauit et jussu eorum hic notatum.

1355. Mai 10. (Dominica quinta post Pascha.)

Notum sit, quod Bruno Hoolt a Reymaro Reuentloo, alias dicto Keye, coram consilio est per sentenciam diffinitiuam pro huiusmodi captiuitate, pro qua idem Reymarus eundem Brunonem et suos seruos, facta, ut asseruit, per Nycolaum Kreye et suos seruos, in qua ipsum et suos seruos interfuisse dixerat, impetiuerat, omni jure Lubicensi, quia idem Bruno pro se et suis seruis, quod huiusmodi imputacionis essent penitus innocentes, jurauit, separatus penitus et solutus, ita quod idem Reymarus, prout ibidem lucide recognouit, eundem Brunonem et suos seruos nullatenus pro huiusmodi debet vel poterit aliqualiter impetere aut iteratam contra ipsos mouere actionem. Actum coram consilio.

Digitized by Google

1360. Apr. 5. (Pasche.)

Dominus Bertrammus Vorraad presens ad librum lucide recognouit, se a Hermanno Dene CC marcas in denariis argenti lubicensis et vlensborgensibus ex parte captiuitatis Dithleui Stamp ad vsum puerorum domini Eggardi de Crummesse subleuasse expedite.

1360. Nov. 12/17. (infr. oct. Martini.)

Notum sit, quod dominus Bertrammus Vorraad presens ad librum lucide recognouit, se a Hinrico Smylowe V^{C} marcas denariorum lubicensis argenti ex parte liberacionis captiuitatis Dithleui Stamp prompte et integre subleuasse.

1363. Jan. 1.[1] (Circumcis. Dom.)

Notum sit, quod Make Naghel coram consilio lucide recognouit, se omne sallarium suum, quod tam pro dampnis quam pro alijs rebus suis hoc anno preterito habere debuit, preter exactionem seu talliacionem sue captiuitatis integre subleuasse. Tenuit enim se de premissis contentum et bene pagatum. Dimisit quoque dictos dominos consules immonitos penitus atque quitos. Actum coram consilio.

1363. Febr. 26. (Reminisc.)

Notum sit, quod Ghese cum suis pueris, quondam Mathie Clincrode relicta, coram consilio constituta cum [suis] Hinrico de Lesten et Marquardo Rutensten ipsius in hac parte prouisoribus et consencientibus lucide recognouit, se LXX marcas den. lub. pro sallario, armis et alijs rebus dicti Mathie competere potentibus integre a dominis consulibus Lubicensibus subleuasse ad ipsius et suorum puerorum manus et profectum, tenens enim se contentam ex parte sui et puerorum, dimisit dictos dominos consules et ciues eorundem quitos penitus, immonitos et solutos, nihil postulatura ab eisdem. Premissa eciam pater eius et frater Bernardus plane consenserunt et suas patentes litteras super huiusmodi dominis consulibus tradiderunt.

1364. Juli 19. (Divis. Apost.)

Notum sit, quod Radeke Schvtte presens ad librum publice recognouit, se XX marcas denariorum a Hennekino Wessel pro sua captiuitate subleuasse, dimittens eundem Johannem Wessel ex parte domini Jacobi et omnium illorum, qui promissum captiuitatis sue receperunt, quitum et solutum. Et quod hec premissa stabilia maneant et idem Johannes Wesseli a nemine amplius pro predicta captiuitate moneatur, Henneke Planke et Euerhardus Wildeswyn presentes ad librum vna cum predicto Radekino Schutten vnica manu et in

1) Vgl. Bd. III. № 475.

Digitized by Google

solidum promiserunt. Actum anno Domini M̊ C̊C̊C̊ LXIIII̊, feria sexta ante Marie Magdalene.

1368. Febr. 27. (Invocavit.)

Notandum, quod, quia domini consules dederunt Johanni Ruthensteen litteras quitanciales ad dominum Magnum, episcopum Ripensem super XXX marcis ab Arnoldo Ruthensteen, patruo Johannis, per aduocatum dicti episcopi nuper prope Rypen detalliatis, ipse Johannes Ruthensteen predictus pro se et suis heredibus fideiussit consilio Lubicensi pro premissis XXX marcis per neminem denuo petendis, pro hijs et interesse, si secundaria monicio inde surgeret, se satisfacturum promittens. Actum coram consilio et jussu eius sic scriptum.

CXVIII.

Auszüge aus dem Niederstadtbuch über Geldverhältnisse Lübeckischer Bürger zu auswärtigen Fürsten, Rittern u. s. w. 1354—1368.

1354. Apr. 6. (Palmarum.)

Notum sit, quod dominus Bertramus Vorraad et Thidericus Blomenrod vnica manu in quadam eciam patenti littera eorum sigillis sigillata promiserunt et tenentur domino duci Magnopolensi et suo nomine domino Marquardo, preposito in Rene, VII^{c} marcas lubicensium denariorum festo Jacobi proximo persoluendas. Dictus tamen Thidericus ipsum dominum Bertrammum indempnem seruare debet a premissis, presentibus ambobus ad librum.

Später hinzugefügt: Idem dominus prepositus anno M̊ CC̊C L̊ quarto Brictyi cancellari iussit et deleri.

1355. Octbr. 9. (Dionysii.)

Notum sit, quod domini Hinricus et Johannes dicti Pleskowe, consules, presentes ad librum dominis Thidemanno de Warendorpe, Hermanno de Wickede et Johanni Schepenstede pro trecentis marcis puri argenti ducentas marcas puri in bohemicis denariis, semper duos denarios bohemicos super qualibet marca puri argenti, et centum marcas puri argenti in denariis argenteis lubicensibus, quamlibet marcam puri pro XLV solidis denariorum argenteorum lubicensium computando, eis ante festum Michaelis proxime persoluendas finaliter promiserunt. [1]

1) Diese Inscription folgt im Niederstadtbuch unmittelbar auf die Bd. III. № 248 abgedruckte und ergänzt dieselbe. Auch die hier zunächst folgende hängt damit zusammen.

Digitized by Google

1356. Apr. 10. (Judica.)

Notum sit, quod dominus Johannes Plescowe, consul, presens ad librum lucide recognouit, quod dominum Bertrammum Vorraed ab huiusmodi centum marcis puri argenti, quamlibet marcam pro XLV solidis denariorum argenteorum lubicensium semper computando, pro quibus idem dominus Bertrammus dominis, videlicet Thidemanno Warendorpe, Hermanno Wickede et Johanni Schepenstede, consulibus, ex parte Marquardi de Stoue senioris, super quibus dominus Bertrammus, episcopus Lubicensis, litteram apertam eiusdem Marquardi habuit, fideiussit, wlt indempnem eripere et promisit, quia eandem litteram apertam ijdem dominus episcopus et dominus Bertrammus Vorraed prefato domino Johanni presentabant, prout iuxta librum recognouit.

1360. Novbr. 25. (Katherine.)

Notum sit, quod Godeko de Reuele et Herbordus Kule presentes ad librum recognouerunt manifeste, quod de illis XXXVI marcis denariorum lubicensium, que sub famulo Jacobi Splijtaf,[1] militis, per quosdam hospites seu extraneos fuerant arrestate, ipsi videlicet Godeko predictus XIV marcas denariorum et jam tactus Herbordus XXII marcas denariorum sub se habent.

1361. Febr. 2. (Purificacionis Marie.)

Notum sit, quod Herbordus Kule et Godeke de Reuele huiusmodi XXXVI marcas denariorum lubicensium, quas sub se habuerunt ex parte domini Jacobi Splitaf, militis, quia per quosdam hospites sub suo famulo fuerant arrestate, domino Hinrico Wermestorpe, notario suo, quia dicto militi jure coram consilio adiudicate fuerant, integre presentarunt. Pro quibus, ne ipsi iteratam monicionem a dicto milite paciantur, Conradus Bruggemaker promisit, quousque dictus miles suam litteram quitacionis huc transmittat. Qua transmissa idem Conradus liber manebit atque quitus. De hoc fuit alia scriptura anno LX, Katherine, scripta, quam virtute istius scripture consilium jussit cancellari. Actum coram consilio.

1361. Juni 15. (Viti et Modesti.)

Hermannus Wittenborch tenetur domino Dethardo Sachteleuend ex parte domini Hinrici, comitis Holtzacie, pro quo, ut asseruit, promisit, XXXIIII marcas denariorum lubicensium argenteorum proximo Michaelis persoluendas.

1) *Jacobi* ist übergeschrieben, ursprünglich hiess es *Nicolai*.

Digitized by Google

1361. Nov. 1.[1] (Omnium Sanctorum.)

Notum sit, quod Thomas Můrkerke et Godscalcus de Wickede presentes ad librum recognouerunt manifeste, se nongentas marcas denariorum lubicensium de illa pecunia, videlicet duabus milibus quingentis et septuaginta octo florenis aureis flamici ponderis, in quibus dictus Godscalcus domino magistro generali ordinis domus Theutonice sancte Marie obligatur, prout littere memoriales sub dominis Hermanno Gallyn et Johanne Pertzeuale plenius attestantur, domino Hermanno de Wickede ad manum et vsum dicti domini magistri generalis persoluere coniuncta manu promiserunt,[2] et, quando idem magister generalis suas litteras dicto domino Hermanno seu alteri, cui idem magister dari voluerit dictas IX^{C} marcas et persolui, transmiserit, persoluendas expedite.

Später hinzugefügt: Dominus Hermannus de Wickede jussit anno LXII^{C} Mathei cancellari.

1362. Febr. 10. (Scholastice virginis.)

Hinricus Scheele et Kracht de Warendorp promiserunt coniuncta manu Symoni Ruthensteen pro C marcis denariorum lubicensium argenteorum, ut, si dominus Ericus, dux Saxonie, eundem Symonem incusaret pro eisdem, quod ipsi coniunctim dicto Symoni dictas C marcas persoluere debent in effectu. Nycolaus de Vemeren dictos Hinricum et Kracht ab huiusmodi C marcis eximere promisit a debito et a dampno.

1363. Febr. 2. (Purif. Mar.)

Notum sit, quod Sophia, soror Arnoldi Splijtaf, coram consilio cum suis prouisoribus, Godekino de Reuele et Johanne Velkener, plane consencientibus constituta dedit pure et simpliciter LX marcas den. lub. minus X sol., ad ipsam per obitum Telseken Splijtaf, filie fratris sui dicti Arnoldi, (deuolutas), sub Dithleuo Mane repositas, Beken, filie sue, ut cum dicta pecunia Hennekino Wyse, fabro, matrimonio posset legali copulari. Idem enim Hennekinus dictam pecuniam a Dithleuo Mane jussu dicte Sophie se subleuasse recognouit. Propterea ipsi ambo tenentes se contentos dimiserunt eundem Dithleuum ab huiusmodi pecunia immonitum amplius penitus et solutum, nihil de cetero postulaturus ab ipso racione premissorum.

1366. April 19. (Miseric. Dom.)

Sciendum, quod Timmo Bornhouet presens ad librum recognouit, se habere centum marcas denariorum lubicensium ex parte domini Henninghi

1) Vgl. Bd. III. № 412. 2) l. *promisisse.*

Digitized by Google

militis et Hinrici fratrum dictorum Meynerstorpe in duabus burcis de corio, sigillis ipsorum sigillatis, quas nulli presentabit, nisi vni predictorum vel Thimmoni Meynerstorpe dicto Colre, quorum trium quilibet habet posse istam scripturam delendi.

Später hinzugefügt: Istam pecuniam recepit Timmo Meynerstorpe predictus, qui jussit deleri hanc scripturam.

1367. Decbr. 29. (Thom. Canterb.)

Sciendum, quod dominus Johannes Humersbutle constitutus coram consilio recognouit publice, se recepisse et totaliter subleuasse a prouisoribus testamenti Lamberti de Borken quinquaginta marcas lubicensium denariorum ex parte comitis de Sternebergh, pro quo dictus Lambertus fideiussit eidem domino Johanni et Hartwico fratri suo dimisitque dictos prouisores et heredes prenominati Lamberti et omnes, quorum interest, ab omni monicione pro huiusmodi pecunia quitos et solutos.

1368. April 2. (Palmarum.)

Notandum, quod Johannes de Osenbrugis, Lambertus Slûter et Hinricus de Borken fideiusserunt dominis consulibus pro VI^C marcis, pro quibus ipsi domini consules consulibus Hamburgensibus promiserunt occasione cuiusdam nauis nuper per Hadelerios recepte et ab eis per consules Hamburgenses pro VI^C marcis libertate.

CXIX.

Aufzeichnung über eine Zahlung des Raths an Reinekinus Mense. 1369. Aug. 1.[1]

Johannes Rauenswold et Mense Zomer coram consilio fideiussoriam caucionem fecerunt dominis consulibus pro eo, quod, cum Stenbeke stipendiarius, qui est in exercitu cum domino Brunone, XXXVI aureos, quos emonuit ad vsum Reynekini Mensen, presentauerit Mensen, patruo suo, qui eciam est ibi in exercitu, et dicto domino Brunoni ad manus eiusdem Reynekini, nulla monicio subsequetur.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom J. 1369, Vincula Petri.

1) Vgl. Bd. II. № 692 Anm. 1. und 754 Anm. 1.

Digitized by Google

CXX.

Johann von Bremen, Dominicanermönch, von dem Rathe wegen gewisser gegen ihn erhobenen Anklagen dem Dominicanerkloster zur Haft übergeben, erklärt, da der Rath seine Freilassung verfügt, sich aller feindseligen, gerichtlichen wie aussergerichtlichen Schritte gegen den Rath und dessen Diener wegen der von ihm erlittenen Haft enthalten zu wollen. 1369. Aug. 4.

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem M^{mo} CCC^{mo} LXIX, indictione septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ‖ ac domini nostri, domini Vrbani diuina prouidencia pape quinti, anno septimo, die sabbati, quarta mensis Augusti, hora ‖ sexta uel quasi, in ciuitate Lubicensi in camera infirmorum domus fratrum ordinis predicatorum, coram religioso ‖ viro, fratre Thiderico, priore domus eiusdem, in presencia mei notarii subscripti et testium infrascriptorum constitutis honorabili viro, Willhelmo de Pokelenthe, patrono causarum ecclesiasticarum circumspectorum virorum, dominorum proconsulum et consulum ac vniuersitatis dicte ciuitatis ex vna parte, et fratre Johanne de Bremis, professo dicti ordinis, ex altera, dictus patronus nomine dictorum suorum proconsulum et consulum dixit, quod ipsi nuper fecerant presentari eundem fratrem Johannem custodie dicti prioris, donec inuestigarent veritatem quarundam causarum sibi contra ipsum relatarum, et quod nunc de mandato eorundem dominorum suorum proconsulum et consulum volencium eundem fratrem de dicta custodia, quantum in eis esset, liberari, consenciebat liberacioni siue dimissioni eius et requirebat eundem fratrem, si vellet dimittere dictos dominos suos proconsules, consules et vniuersitatem et personas siue ministros eorum, in pace et propter premissas presentacionem et custodiam sui nunquam inpetere seu vexare. Et statim dictus frater Johannes dixit et promisit bona fide michi solenniter stipulanti et recipienti nomine dictorum dominorum proconsulum, consulum et vniuersitatis ac omnium et singulorum, quorum posset interesse, se per se uel per alium seu alios qualitercunque nuncquam velle inpetere, culpare seu accusare uel vexare extra iudicium et in iudicio propter presentacionem et custodiam predictas seu occasione earum dominos proconsules et consules ac vniuersitatem et alios supradictos. Et ad pleniorem pacti seu promissi sui premissi cautelam honesta domina Elizabet

Digitized by Google

de Bremis et discreti viri Petrus Scelmestorp et Wernerus Kůtte, ciues Lubicenses, michi notario subscripto solenniter stipulanti et recipienti vice et nomine dictorum dominorum proconsulum et consulum et vniuersitatis bona fide promiserunt, quod dictus frater deberet dictum pactum seu promissum suum semper inviolabiter obseruare. Acta sunt hec anno, indictione, pontificatu, mense, die, hora, loco, quibus supra, presentibus religiosis viris, fratribus Johanne de Lůbeke, Rudolpho de Valle, Thiderico, subpriore, et Johanne Sparenberch, testibus specialiter vocatis et rogatis.

(Notariats-Zeichen.) Et ego Hermannus Luckow, clericus Merseburgensis, publicus imperiali auctoritate notarius, consensui, promissioni ceterisque premissis, dum sic fierent et agerentur, vna cum testibus predictis presens fui. Ideo presens publicum instrumentum manu propria scriptum signoque meo signatum inde confeci requisitus et rogatus in testimonium premissorum.

Nach dem Original auf der Trese.

CXXI.

Der Ritter Vicko Moltke und der Knappe Hartwich Kale bekennen, von den 800 mℓ Silber, welche Lübeck und die andern Seestädte ihnen schulden, 350 mℓ empfangen zu haben. 1369. Septbr. 29.

Omnibus presens scriptum cernentibus Vikko Molteke, miles, et Hartuicus Kale, | armiger, salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi presentes et futuri, | nos trecentas et quinquaginta marchas puri argenti de illis octingentis | marchis puri argenti, in quibus ipsi domini de Lubeke et de aliis ciuitatibus maritimis nobis tenebantur obligati, a quodam domino Johanne de Lubeke in Kopmanhauen leuasse et percepisse. Pro quibus vero trecentis et quinquaginta marchis puri argenti predictos dominos omnes et singulos et eorum heredes per nos et per heredes nostros quitos dimittimus et penitus excusatos, prout in ipsorum dominorum litteris apertis nobis super hoc promissis puplice tenebatur. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Kopmanhauen, anno Domini M CCC LX nono, die beati Michaelis.

Nach dem Original auf der Trese. Mit beiden anhangenden Siegeln. Das des Hartwich Kale ist beschrieben: Siegel des M.-A. Heft 5. p. 77.

Digitized by Google

CXXII.

Johannes Wesler, Sohn des verstorbenen Lübeckischen Bürgers Eberhard Wesler, verkauft dem Gerhard von Mölln, Vicar in der Aegidien-Kirchę die Hälfte des Dorfes Krumbeck. 1369. Nov. 22.[1]

Universis presencia visuris et audituris salutem. Ego Johannes Wesler, filius Everhardi Weslere, quondam civis in Lubeke, cupio fore manifestum, quod mature deliberatus, de scitu et consensu omnium heredum et proximorum meorum, quorum consensus ad hoc fuerat requirendus, rite et racionabiliter vendidi et dimitto per presentes honorabili viro, domino Gerhardo de Molne, perpetuo vicario sancti Egidii in Lubeke, vel cui jus suum in vita vel in morte dederit, pro centum et duabus marcis lubicensium denariorum mihi integraliter numeratis et persolutis et in meos necessarios usus conversis medietatem ville Krumbeke in parochia Korowe site, prout ipsam medietatem dicte ville quondam pater meus Everhardus Weslere, burgensis in Lubeke bone memorie, ab honesto milite, domino Johanne de Kyle, emit pro summa pecunie memorata, cum mansis cultis pariter et incultis et omnibus attinenciis suis, agris, pratis, pascuis, paludibus, aquis aquarumque decursibus, lignis, rubetis terminorumque distinctionibus, ut nunc jacent dicta bona, habenda et possidenda cum omni jure et proprietate, judicio majori et minori scilicet colli et manus, cum omnibus fructibus inde derivantibus et plane cum omni libertate, commoditate et conditionibus singulis, sicut pater meus Everhardus et ego post eum possedimus, tenuimus in hunc diem predictam medietatem ville, ad tenendum et habendum libere predicta bona pacifice et quiete nec inde debent alicui ad servicia, exactiones, prestaciones obligari. Potest nihilominus predictus dominus Gerhardus vel jus suum habens predictam medietatem ville Krumbeke cum omnibus articulis suis supradictis in vita sua vel in mortę vendere, alienare, donare, cuicunque voluerit, et transferre in personas ecclesiasticas vel seculares, quociens et quando sibi placuerit et videbitur oportunum, prout eciam in litteris dicti Johannis de Kyle, militis, et nobilis domini, domini Gerhardi, comitis Holtzacie et Stormarie, plenius continetur. Insuper ego Johannes Weslere promitto pro me et meis heredibus, eciam inermibus,[2] predicto domino Gerhardo antedicta bona tam in proprietate quam

1) Vgl. Bd. III. № 69.

2) Der Abschreiber hat statt dieses Wortes eine Lücke, Dreyer hat mit eigner Hand *inermibus* hineingeschrieben. In einer, ebenfalls in dem Diplomatarium abschriftlich befindlichen, notariellen Ausfertigung

Digitized by Google

in possessione cum omnibus libertatibus et condicionibus suprascriptis ab omni persona legitime defendere, auctorizare et expedite disbrigare meis propriis sub laboribus et expensis, renuncians exceptioni doli mali, beneficio restitutionis in integrum et omni alteri juris vel facti auxilio, per quod contra premissa vel eorum aliquid me possum defendere quomodolibet vel tueri. Pro hijs omnibus et singulis suprascriptis firmiter tenendis ego Johannes Weslere vna cum honestis viris Gotschalco et Gerhardo de Attendorne, consulibus civitatis Lubeke, pretacto domino Gerhardo promisimus et promittimus in solidum et data fide per nos inviolabiter observandis. Ut igitur hec omnia prescripta firma et rata permaneant, nostrorum sigillorum munimine presentem paginam dedimus roboratam. Datum et actum anno Domini M CCC LX nono, ipso die beate Cecilie virginis ac martiris gloriose.

Nach einer Abschrift in Dreyer's Diplomatarium Lubecense auf der Registratur.

CXXIII.

Der Knappe Luder Ranzau quittirt über den Empfang von 300 mℓ wegen seiner Gefangenschaft und von 50 mℓ als Ersatz für Kosten und Schaden. 1370. Jan. 16.[1]

Vniuersis et singulis presens scriptum visuris seu audituris ego Luderus Rantzowe, armiger, ‖ notum esse cupio publice recognoscens in hijs scriptis, me ab honorabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis ‖ Lubicensis, recepisse ac pro mea contentatiua voluntate percepisse ac prompte subleuasse trecentas ‖ marcas lub. den. pro mea captiuitate, qua in eorum seruicio captiuatus fueram, necnon quinquaginta marcas lub. den. in recompensam meorum sumptuum et dampnorum, quos et que in seruicio eorum feci et sustuli. Tenens me contentum et bene pagatum, recognosco tam de captiuitate mea, quam de sallario meo, quam eciam de omnium dampnorum et sumptuum expedita refusione, quam eciam de omnibus alijs michi per eos fore satisfactum. Dimisi ac per presentes dimitto pro me et pro meis here-

---

dieser Urkunde vom 22. October 1369 (sic) steht, von Dreyer's Hand eingeschrieben: *in crinibus*; dies Wort ist ausgestrichen und von anderer Hand übergeschrieben: *minorennibus*.

1) Ferner befinden sich auf der Trese Soldquittungen des Knappen Iwan Rastorp und des Knappen Luder Langhelow, beide vom 5. Jan. (prof. Epyph.) 1370 und mit anhangenden Siegeln, welche beschrieben sind in: Siegel des M.-A. Heft 3. p. 4. (Rastorp) und Heft 5. p. 79., Heft 6. p. 95. (Langhelow.) Vgl. auch Bd. III. № 712.

Digitized by Google

dibus dictos consules et vniuersitatem Lubicensem de premissis et de omnibus emergentibus perpetuo liberos, immonitos et solutos. In cuius rei testimonium sigillum meum ex certa mea sciencia presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo CCC^{mo} septuagesimo, in die Marcelli pape.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel.

CXXIV.

Marquard Beermann, Propst in Rene, bekennt, dass ihm der Rath von Lübeck Namens des Raths von Stralsund 1770 mẞ weniger 20 ß bezahlt habe, und quittirt über den Empfang derselben. 1370. Febr. 20.

Omnibus et singulis, ad quos peruenerit presens scriptum. Ego Marquardus Beer|man, prepositus in Rene, recognosco publice protestando, me ab honorabilibus viris, ‖ dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, mille septingentas et septuaginta marcas ‖ minus viginti solidis lubicensium denariorum ex parte consulum ciuitatis Stralessundensis michi traditas recepisse et ad meam voluntatem integre subleuasse, tenens me contentum bene et pagatum, dimisique et presentibus dimitto predictos consules Lubicenses vna cum Zundensibus et omnes, quorum interest aut interesse poterit in futurum, ab omni monicione aut iterata impeticione pro huiusmodi pecunia quitos penitus et solutos. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo CCC̊ LXX, feria quarta ante dominicam Esto michi.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel.

CXXV.

Gerhard Warendorp und Hinrich Warendorp erklären, für ihre Gefangenschaft in Helsingborg, für den Verlust eines Schiffes und für alle Ausgaben von dem Rathe von Lübeck vollständig entschädigt worden zu sein. 1370. März 12.

Omnibus presencia visuris seu audituris. Nos Gherardus Warendorp et Hinricus Warendorp, recognoscimus et protestamur ‖ publice per presentes, nos ad nostram voluntatem plenarie et gratanter recepisse ab honorabilibus

Digitized by Google

viris, dominis consulibus ciuitatis ‖ Lubicensis, videlicet me Gherardum quinquaginta marcas lubicensium denariorum et me Hinricum viginti marcas eiusdem monete ‖ pro nostris captiuitatibus in Helsinchborch ac eciam viginti quatuor marcas pro nostra naue ibidem amissa, similiter pro omnibus dampnis, expensis et aliis quibuscunque esse nobis per eosdem dominos consules totaliter et complete satisfactum, tenentes nos bene contentos et pagatos. De quibus omnibus antedictis dictos dominos consules et omnes, quorum interest aut interesse poterit, pro nobis et nostris heredibus quitos dimittimus penitus et solutos, sic quod nulla monicio posterior sequetur in futurum nomine omnium predictorum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊ CCC LXX̊, ipso die beati Gregorii pape.

Nach dem Original auf der Trese. Mit beiden anhangenden Siegeln (Hausmarken).

CXXVI.

Johannes Wartberg, Bürger in Lübeck, bekennt, von dem Rathe daselbst 32 mᵲ Lüb. Pf. für die Gefangenschaft seines Oheims Manegold Wartberg und die damit verbundenen Schäden und Kosten empfangen zu haben. 1370. März 29.

Omnibus presencia visuris seu audituris ego Johannes Wartberch, ciuis Lubicensis, recognosco et protestor publice per presentes, me ad ‖ meam voluntatem plenarie recepisse ab honorabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, triginta duas marcas ‖ lubicensium denariorum ex parte captiuitatis Manegoldi Wartberghes, mei auunculi pie memorie; similiter pro omnibus dampnis, ex‖pensis et alijs quibuscunque dicte captiuitatis mihi per eosdem dominos consules Lubicenses est satisfactum. De quibus omnibus et singulis antedictis ego Johannes Wartberch prenotatus dictos dominos consules pro me et fratribus ipsius Manegoldi ac heredibus suis veris quitos dimitto penitus et solutos. Et dictis dominis consulibus promitto per presentes, quod nullam monicionem seu actionem posteriorem pati debeant in futurum racione omnium predictorum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊ CCC̊ LXX̊, feria sexta ante Judica.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel (Hausmarke).

Digitized by Google

CXXVII.

Der Rath von Mölln ersucht den Rath von Lübeck, dem Nicolaus Scroder, Rathmann in Mölln, die Ausfuhr von zwei Last Gerste und zwei Malter Roggen zu seinem eigenen Gebrauch zu gestatten. 1370. Mai 27.

Honorabilibus viris multumque discretis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, dominis nostris preamandis, | proconsules et consules in Molne obsequij et honoris debitam promptitudinem. Vestram flagitamus dominacionem | quam attente, quatinus Nicolao Scroder, nostri consulatus consodali, duas lastas ordei et duo maldra, ‖ quod volo dici pund, siliginis ad vsus suos necessarios dignemini per Alburgem, coniugem suam, presencium oblatricem, edonare, ad nos plenam habentes confidenciam, pretactam annonam tantummodo in ipsius fructus necessarios penitus esse commutandam. In testimonium euidencius premissorum sigillum nostrum presentibus duximus tergotenus imprimendum anno Domini M CCC LXX, feria secunda infra octauas Ascensionis Domini.

Nach dem Original auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist fast gänzlich abgesprungen.

CXXVIII.

Der Rath von Mölln ersucht den Rath von Lübeck, einigen Möllner Bürgern die Ausfuhr von 20 Last Roggen, Malz und Hafer zu eigenem Bedarf zu gestatten. 1370. Jul. 31.[1]

Honorabilibus viris et discretis, dominis nostris predilectis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, proconsules ‖ et consules in Molne seruicium suum semper paratum. Rogamus vestram dominacionem instanter, quatinus ‖ nonnullis nostris conciuibus, presencium ostensoribus, XX lastas siliginis et brasij, vna lasta auene inclusa, | dignemini benigniter edonare, ad nos firmam habentes caucionem, prenarratas XX lastas annone in nostrorum conciuium vsus necessarios duntaxat intra Molne fore commutandas, quod erga vos conabimur remereri. Datum nostro sigillo presentibus tergotenus impresso in testimonium premissorum anno Domini M CCC LXX, ipso die beati Germani confessoris et pontificis.

Nach dem Original auf der Trese. Von dem aufgedrückten Siegel ist die Umschrift erhalten.

1) Noch vier ähnliche Gesuche des Raths von Mölln vom J. 1370 befinden sich im Archiv.

Digitized by Google

CXXIX.

Die Knappen Hennekin und Hinrich von Stralendorp bekennen, die früher ihren verstorbenen Brüdern Vicko und Heyno gehörigen 15 Stück Wachs von der Stadt Lübeck empfangen zu haben. 1370. Aug. 1.

Nos Hennekinus et Hinricus fratres dicti de Stralendorp, armigeri. Recognoscimus publice protestantes in hijs scriptis, ‖ nos illa quindecim frusta cere, carissimis nostris fratribus, domino Vickoni, militi, et Heynoni, vocatis de Stralendorp, ‖ felicis memorie, pridem appertinencia, que nuper post obitum eorundem ad ciuitatem Lubicensem peruenerant, ad manus nostras ‖ prompte percepisse ac in vsus nostros conuertisse, tenentes nos inde bene pagatos et contentos, dimisimusque et per presentes dimittimus consules, ciues, familiares ac vniuersitatem ciuitatis Lubicensis de premissa cera et de quolibet inde emergente perpetuo liberos et solutos, nichil proinde quomodolibet inantea causaturi, prout hoc dictis consulibus Lubicensibus pro nobis et heredibus nostris vna cum fideiussoribus subscriptis promisimus bona fide sine dolo. Et nos Fredericus, Dei gracia episcopus Zwerinensis, et Hinricus de Stralendorp, miles, pro pretacta cera predictis Hennekino et Hinrico de Stralendorp sic, vti prefertur, presentata, pro quolibet emergente, ita videlicet quod nulla iterata monicio ex parte iam dictorum Hennekini et Hinrici de Stralendorp et eorum heredum inde quomodolibet in futurum suboriri debeat, dictis consulibus, ciuibus ac vniuersitati ciuitatis Lubicensis vna cum sepedictis Hennekino et Hinrico ac pro eis et eorum heredibus compromittimus sincere per presentes, volentes pre predictis et eorum heredibus ipsos seruare indempnes. In quorum euidens testimonium sigilla nostra duximus presentibus deliberate ac scienter apponenda. Datum anno Domini millesimo CCC LXX, in die beati Petri ad vincula.

Nach dem Original auf der Trese. Mit den anhangenden vier Siegeln.

Digitized by Google

CXXX.

Kaiser Karl IV. fordert die Stadt Lübeck auf, den Herzogen von Sachsen zur Erlangung des Herzogthums Lüneburg gegen den Herzog Magnus von Braunschweig behülflich zu sein. 1370. Oct. 18.

Wir Karl, von Gotis gnaden Romischer Keiser, zu allen ziten merer des richs vnd kuningh ‖ zu Behem. Empiten den burgermeistern, den reten vnd den burgern gemeynlich der stad zu ‖ Lübek, vnsern vnd des richs lieben getruwen, vnsere gnade vnd alles gůt. Lieben getruwen, wenn das ‖ herzogtum zu Lunenborgh, des anneval wir vnd vnsere vorfare an dem rich dem houchgeboren Rudolffen, herczogen zu Sachsen, des heiligen richs erczmarschalk, Wentzlaw, synem bruder, vnd Albrechte, irem vetter, herczogen zu Sachsen, wissentlich verlehen hatten, uff dieselben vnsere oheimen von Sachsen lediclich erstorben vnd eruallen ist, als ouch wir yn dieselben herschafft vnd herczogtum zu Lunenborgh anderweit von vnsir vnd des richs wegen wissentlich zu rechtem erblehen vorlehen haben, vnd wann nun der houchgeboren Magnus, herczog zu Brunswich, dieselben vnsere oheimen von Sachsen an der egenanten herschafft vnd herczogtum zu Lunenborgh irren vnd hindern wil: dorumb so gebite wir vnd emphelen wir ewirn trůwen mid desem briue ernstlich vnd vesticlich bie vnsern vnd des richs hulden, das ir denselben vnsern oheimen von Sachsen zu erkrigen und zu gewynnen die egenanten herschafft vnd herczogtum zu Lunenborgh, wenn vnd wie offte ir des von yn ermanet wirdet, mid alle ewir macht getruwelich behulffen sien sůllet, wann wir den egenanten vnsern oheimen von Sachsen der lehen an derselben herschafft vnd herczogtum zu Lunenborgh bekennen, vnd anders nymand, vnd wellen sie ouch dar bey behalden. Bitten des ewir antwort. Geben zu Karlsbaden, an send Lucas tage des heilige ewangelisten, vnserer riche in dem funf vnd czwentzigesten vnd des keisertums in dem sechtzenden Jare.

Ad mandatum Cesaris
P(etrus) Jaur(ensis).

Nach dem Original auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist fast gänzlich abgesprungen.

Digitized by Google

CXXXI.

Die Lübeckischen Bürger Detlev Broye, Marquard Crutzevelt und Johannes Hammaa der Aeltere bekennen sich verpflichtet, dem Nicolaus Stoltevote für den Knappen Volquin Partzow am nächsten Martini-Tage 70 mℓ zu bezahlen. 1370. Dec. 13.

Notum sit, quod Detleuus Broye, Marquardus Crutzevelt et Johannes | Hammaa senior, ciues Lubicenses, tenentur et obligati sunt discreto viro | Nicolao Stoltevote in septuaginta marcis lubicensibus, quas sibi coniunc|ta manu et in solidum ex parte Volquini Partzowen, famuli, in festo beati Martini proxime aduenturo sine protraxione longiori et absque vllo impedimento intra muros Lubicenses expedite persoluere promiserunt atque debebunt. Testes sunt honorabiles viri, domini Danquardus de See et Godekinus Trauelman, consules Lubicenses, litteras habentes memoriales de premissis. Actum anno Domini M CCC LXX, ipso die beate Lucie virginis gloriose.

Litterae memoriales auf der Registratur.

CXXXII.

Der ehemalige Lübeckische Bürger Johannes Bodde bittet den Bürgermeister Jacob Pleskow, den Ritter Viereggede zu mahnen, dass er die demselben und seinen Dienern von dem Schreiber gelieferten Schuhmacherarbeiten bezahle. O. J. (Gegen 1370.)[1]

Vnsen grus sy uch gesagt, her Jacob Pleskau, her burgermeyster von Lubeke, vnde dem gantzen rathe | von des schumeyster wegen czu dem Elbynge des orden, vnd des las wir uch betyn, daz ir Vier|ecken irmanet vmme acht guldin von myner wegen vor schue, dy bleyp her vns schuldik, | do ich uer burger was uf dem Clingenberge in Gobils Schroters bude. Do czuch her czu Sweden myt greue Heynrich czu dem Stokholme, do in greue Heynrich hatte gesast czv eyme houbtmanne vnd hern Herman von Viczen vnd den herren von Brunchorst. Do gevil sichs also verre, daz in der konink

1) Graf Heinrich der Eiserne von Holstein zog 1363 mit dem Könige Albrecht, gebornen Fürsten von Mecklenburg, nach Schweden. Der Brief muss einige Jahre später geschrieben sein. Diedrich von Viereggede wird Sartorius, Urk. Gesch. der Hanse, Th. II. S. 662 als Bevollmächtigter des Herzogs Albrecht von Mecklenburg erwähnt. Vgl. auch Bd. III. № 724.

Digitized by Google

von Sweden gevinc. Vnder des czoch ich Johannes Bodde czv Prusen vnd byn worden eyn bruder des orden. Do sprach her: Du salt keyme manne geben schu von myner wegen, wen waz dich Ludeman vnd Ekhart heyssen. Her burgermeyster, daz tet ich. Dor noch czoch her czu Sweden, do brochte her mir syben guldyn. Do sprach ich: Ludeman, wor ist mer geldis? Do gink ich selber czu Viereckden. Do sprach ich: Vieregde, mir ist nicht me worden, wen syben guldyn. Do sprach her: Myn lyber Hannus, wi vil ist man dir noch schuldik? Do sprach ich: Ir sit mir noch schuldik achte guldyn, ir wist das wol, ich gink czu Rome vnd czu sente Jacob, daz ir mir do blibit sechs guldin schuldik; nu hat ir syder genomen, sent ich von Rome quam, also vil als vor nvne guldyn, dez wart uch selber eyn nu par styuilen vnd vier par nyderschu, dy stisen uer knechte in den woytsac, vor mer so nomen uer knechte V par nuer stiuilen, do ir ken Sweden czoget, vnd nue schu dor czu. Nu wisset, daz ich ym rechenschaft habe getan von ende czu ende, als ich aller beste kan, vnde habe is ym wol dermanet. Wil her mir is geben, ich neme is gerne, wil her aber nicht, so bete ich uch, daz ir tut durch vnsen willen vnd manet in bas. Ist daz nicht daz her mir geben wil, so bete ich uch, daz ir im lat eyn recht tun vor dem rate, daz bete ich uch, daz ist eyn eyt, so wil ich yn nimmer gemanen mer.

Auf der Rückseite: Eyme erbaren herren, hern Jacob Pleskau, dem burgermeyster von Lubeke, sal dirce brif.

Nach dem in Briefform zusammengefaltet gewesenen Originale auf Papier auf der Trese. Die Einschnitte für das Siegelband sind sichtbar, von dem Siegel ist nur noch ein Stück Wachs übrig, welches keine Spur eines Zeichens oder der Umschrift mehr zeigt.

CXXXIII.

Der Ritter Vicko von Vitzen, Vogt in Calmar, ersucht den Rath von Lübeck, die ungerechte, von Evert Drattogher, genannt Tydeke Neteler, gegen ihn erhobene Beschuldigung abzuweisen. O. J. (Um 1370.)[1]

Ju wisen eraftighen bedderuen heren, borghermeyster vnde rathlude to Lubeche, do ich Vikke ‖ van Vitzen, riddare, en voghet to Kalmaren, groten vlitliken mit ghode vnde vruntskap vnde vorder‖nisse, wes ich vormagh,

1) Die Handschrift des Briefes lässt mit ziemlicher Sicherheit annehmen, dass er um 1370 geschrieben ist. Vicko von Vitzen, aus einer Mecklenburgischen Familie, war einer dor Ritter des Königs Albrecht von Schweden. Er verglich sich 1375 mit dem Herzog Albrecht von Mecklenburg wegen der Vogtei Calmar,

Digitized by Google

vnde do juwer eraftighet witlich, dat ich van eme, de het Euert | Drattogher vnde het sich hir Tydeke Neteler, kofte achte tunnen erwiten, jo de tunne vor achteyn[1] ore. Dat ghelt bin ich em nogh schuldigh, des bekenne ich, went he de wile van henne togh, de wile ich bouen in de lant was by vsen heren, vnde wil em, af Ghot wil, erliken betalen. Des heft he, de sulue Euert, unses heren kokemester vnde minen dar bouen vor juwen rat klaghet vor en rouere, vnde dar anruchtigh maket vnde sin ghot vnde sine vrunde dar to vnrechte ansproken vnde bekumbert, went he em nicht van en kofte, oc nicht van em nam vnde hope, wes ich em afkofte, dat wolde ich em mit eren betalet hebben, also ich manighen ghoden manne ghedan hebbe, kopluden vnde ander luden, vnde, af Ghot wil, nogh don wil. Hir vm so bidde ich juwer eraftighet dor mins denestes willen, dat ghy mi vnde mins heren knec vnde minen ouer den vorbenomeden Euert rechtes helpen vnde skippen willen vor dat hoon vnde vnrecht, dat he an vns vor ju ghedan vnde secht heft to vnlike. Vnde wetet vor ware, dat, qweme hir jemant, de ju edder andren ghoden luden wes in der mate ouerseggen wolde, ich wolde ouer eneme edder twen so richten, dar scholden hundert an denken, wente se vppe ghode luden wes seggen wolden edder en in ruchte bringen. Wat ghy vns ouer desseme likes vnde rechtes helpen, dat willen wi mit vnsen vrunden teghen ju vnde den juwen vordenen, wor wi moghen edder konen, vnde geuen vort beschedenen luden macht, Godeke vamme Cleye vnde Hinrich Gronowen, dit recht van vnser weghne vor ju to vordernde liker wis, of wi suluen jeghenwordigh weren. Scriptum sub sigillo meo ad dorsum, die sancte Pentecostes, in premissorum testimonium presentibus coaffixo.

Nach dem Original auf Papier auf der Trese. Mit aufgedrücktem, jetzt gänzlich unkenntlichem Pressel.

CXXXIV.

Verordnung, betreffend den Weinhandel und den Rathsweinkeller. (O. J.)[2]

So wanne dat men wine brincht mit scepen ouer see to vser stat, so | mach man de wine ane orlof de(r) winheren bringhen in der heren kelre, |

„so ihm verpfändet gewesen." Vgl. Jahrbücher des Mecklenburgischen Vereins für Geschichte und Alterthumskunde Jahrg. 23 S. 149. 1363 wird Hermann v. Owen als Vogt in Calmar genannt. Ein Hermann v. Vitzen kommt 1362 als Ritter des Königs Magnus von Schweden vor. Bd. III. № 421.

1) Ist übergeschrieben, vorher stand *thuintigh*.

2) Aus dem J. 1372 findet sich eine Rechnung über die Verwaltung des Rathskellers, in welcher der

Digitized by Google

mer men ne scal de wine nicht vorkopen, se ne werden prôuet ‖ van den winheren.

Wert win van Hamborch eder van anderen ieghenen tovoret ouer land mit waghenen, man scal se nicht to kelre bringhen, se ne werden prôuet, vnde mit orloue der winheren.

So wanne dat wine in den keller sint to leghere bracht, so is en iewelich vat, dat si grot eder clene, sculdich to gheuende ses unde twintich penninghe; dar af scullen hebben de winheren vor kelrehure twene scillinghe, vnde Holte, der heren scenke, twe penninghe, den keller reyne af to holdende.

So wanne wine van den heren sint gheprouet vnde sat to tappende, so scal men gheuen vor tappeghelt sesteyn penninghe van iewelkem ame wines; dar af scolen hebben de winheren de helfte, vnde Holte, der heren scenke, de anderen helfte. Dit tappeghelt vnde kelrehure scal sammelen Holte vnde scal den winheren dar af don rechte rekenscop.

Alle wine, de in der heren kelre sint, se horen to borgheren eder ghesten, de scal bewaren Holte, der heren scenke, vnde he scal dar to seen vnde besluten vnde setten sin slot bi dat slot des ghenen, deme de wine tohoret.

Alle wine, de man tappen scal van der heren weghene, de scal tappen Holte, de(r) heren kemerere, in welkereme kelre de winheren to rade werdet.

Vor sunte Johannes daghe to Middensomere scal nement laten win in sinen kelre ten, ouer dar na moghen de winheren orlouen. Mer wanne dat men wil de wine gheuen to tappende, so scal man se vore dreghen vnde setten, vnde Holte scal de wine laten tappen, vnde van iewelkeme vate scal men gheuen dat sulue recht, dat men ghift van eneme vate in der heren kelre.

So wan en vat van der heren wine wert ledich eder vtetappet, so scal Holten, der heren kemerere, tohoren dat vat; dar vore scal he pleghen in deme kelre kolen vnde lichtes, wo vele dat mens behoued.

So wan en stucke wines wert ghesat to tappende, dat scal men to hant gheuen den luden vmme ere gheld, eder de ghene, dem it to horet, scal it voren vte der stat binnen dren daghen. Doyt he des nicht, he scal wedden teyn mark sulueres.

Schenke (Kämmerer) des Rathes Detlev Mane heisst. Vgl. Bd. II. p. 1079 A. 87. Ein Schenke oder Kämmerer Holt findet sich sonst nicht, wohl aber ein Reitervogt Hinr. Holte 1325. Bd. II. № 463. Ob nun dieser der Obengenannte sei, steht dahin. Jedenfalls ist die Handschrift der obigen Verordnung älter, als 1372, und vielleicht schon den ersten Jahrzehenden des 14. Jahrh. angehörig.

Digitized by Google

So wan ock en vat wines wert ghesat, wil ment tappen. so scal ment laten lopen, de wile dat dar wat inne is; men scal nicht dat vat weder vp vûllen, of dar en del is vtetappet, vnde latent denne anderworue setten.

Nach dem Original, einem breiten Pergamentstreifen, auf der Trese.

CXXXV.

Bitte an den Rath um Erleichterung des Weinhandels. O. J.[1]

Leuen gnedighen heren. Dit is vnse ghebreke van den winen, alse wij iv wol ere ‖ gheclaghet hebben.

Tem ersten male gheuen wij Herman Dannenberghe IIII sol. vor dat voder ‖ wines, dar en bouen môte wij suluen prame winnen; dat en heft van ‖ oldes nicht gheweset.

Vortmere môte wij to tzise gheuen van yewelkem vodere IIII guldene.

Vortmere môte wij gheuen IIII sol. to kellerhûre vor dat voder, doch môte wij suluen kellere dar to winnen vnde môten dar nye hûre vor gheuen.

Ok môte wij van yewelkem stucke gheuen II den. to kattenghelde.

Aldus gheue wij mere dan dat verde vat. Det dot wol, leuen heren, vnde besorghet vns hir an, alse vns des not is.

[2]Weted, leuen heren, dat de gheste, de in iuwem keller rijnsche wine tappen, de gheuen nicht mere van der ame dan XVI den.

Unde wij bidden jv, dat ghi vns des ghônnen, alse id van oldinges ghewesen is.

Nach dem Original auf Papier auf der Trese.

CXXXVI.

Ordnung über den Verkauf gesalzener Heringe. O. J. (1360–1370.)[3]

Gy erbaren heren van Lubeke. Wy meystere vnde dat ganse ammet juwes lenes vp den ‖ solten markede tho Lubeke bidden iv dorch God vnde dorch ere willen, dat gy vns willen orlo‖ven de rechticheit, de hir na schreuen

1) Jedenfalls später geschrieben als die vorhergehende Urkunde.
2) Von hier an andere Handschrift.
3) Die Richtigkeit der Datirung ergiebt sich mit ziemlicher Sicherheit aus der in diesen Jahren häufig vorkommenden Handschrift.

Digitized by Google

steyt, wente vnse vorevaren van Ghodes gnaden | vnde van juwer gnade vnde wy na hebben (de) ghehat wente in desse tijt, na den male dat id juwe leen is, vnde is vor enen iheweliken dorch ghemakes willen. Dar vmme so betrachtet vns hir an dorch God vnde dorch ere willen.

Tho den ersten male, waneer de heren van Lubeke den heringwasscheren vppe den verschen markede tho Lubeke hebben den hering ghesat, wo vele heringhes dat se scholen gheuen vor enen penning, so scholen de meystere van den verschen markede gan tho den meysteren vppe den solten market vnde scholen en dat segghen, so scholen de vp den solten markede enes heringhes meer gheuen. Dar en bouen scholen de heringwasschere sick myt den vp den solten markede vorder in nynen stucken mer beweren.

Vortmer so scholen de meystere vp den solten markede meystere wesen over al solten ghût, dat van visscherie is, alse van heringhe, van dorsche; vnde wat van soltenen ghûde is, alse van visscherie, dat sy vp den markede to Lubeke edder in straten edder binnen Lubeke, dat sy wor id sy, dar en scholen nyne meystere bouen en wesen. Dit hebbet vnse vorvaren jhewerle van oldinghes gheholden vnde wy na van Godes gnaden vnde van iuwen gnaden.

Vortmer de vp den solten markede scholen den schonesschen hering alse den wllen hering bouene twisschen den benken zellen vnde scholen gheuen enes heringhes meer, wen de vp den verschen markede.

quecunque e dictis sex ciuitatibus ad portus seu districtus Flandrie veniencia inpedire seu arrestare, donec ipsis de et pro ablatis bonis ac illatis iniuriis debita redderetur equitatis aut justicie recompensa, tamen idem alias licenciatum cognouimus eisdem mercatoribus nostris, quominus huiusmodi bona arrestare possint, jam esse retractatum et denegatum in ipsorum ac nostrum intollerabile preiudicium et grauamen et contra tenorem predictarum libertatum et priuilegiorum, in quibus iste inter ceteros insertus est articulus, vt, si aliquis mercator in terris siue in aquis spoliatus fuerit, et bona spoliata in alterius domini juredictionem, ad aliquam ciuitatem, opidum aut locum perducta fuerint, et spoliatus uel aliquis alius vice sua sequtus ibi huiusmodi bona iure repecierit et sibi fuerit iusticia denegata, tunc idem spoliator delinquens, vbicunque infra limites terre vestre Flandrie inventus fuerit, poterit arrestari et teneri, quousque lex et iusticia de ipso fuerint exequte. Ex premissis igitur vestram, inclite princeps, exoramus dominacionem toto nisu, quatenus, habituri pre oculis Deum et iusticiam nostramque perpetuam obsequelam, sic in negocio huius cause operari et procedere dignemini, quod predictis nostris ciuibus et mercatoribus pro illatis ipsis dampnis et iniurijs debita rependatur equitatis uel iusticie recompensa, permittentes ac annuentes, quod ipsi virtute pretactorum priuilegiorum possint illos, qui e predictis VI ciuitatibus ad vestras terras, ciuitates seu iuredictiones applicuerint, aut eorum bona tenere et arrestare, donec ipsis eorum bona dampna et interesse fuerint restaurata, ex quo illi de supradictis VI ciuitatibus spoliatores illos collegerunt et confouerunt, effecti participes spolij bonorum ad ciuitates suas deductorum. Nobiscum enim ita obseruatur, sicut eciam leges innuere videntur, quod committentes spolium et fouentes spoliatores scienter pro equaliter reis habentur. Maxime quoque atte(n)dere et nobis obseruare dignemini defensionem, promocionem et securum conductum, quam et quem nobis et nostratibus, vt predictum est, promisistis et sigillastis. Si enim deberent spoliatores nostri et eorum complices ac fotores aut hij, ad quorum ciuitates et loca nostra bona spoliata perducta sunt, vestras terras, ciuitates et iurisdictiones secure visitare ibique secure morari et non impediri, in hoc videre nostro essemus minus bene defensi, promoti ac minus securi iuxta tenorem priuilegiorum pretactorum. In premissis ergo et circa ea vos taliter exhibere dignemini, quod huiusmodi priuilegia nobis firma remaneant et inuiolabiliter obseruata, ne plures ideo nos facere oporteat moniciones. Non enim speramus, quod datas nobis gracias velitis auferre uel diminuere, quinymmo sperantes confidenter, quod

Digitized by Google

illas velitis iugiter augere atque sic efficere, quod ipsas erga nos et nostrates ampliores ac efficaciores senciamus, affectantes vtique pro eo vestre dominacioni magnifice nostris obsequijs et dignis reuerenciarum exhibicionibus in omnibus nobis possibilibus gratantissime complacere, petentes nobis super premissis vestrum reformari responsum graciosum et expeditum. Dominus Deus vos conseruet in statu felici et longeuo, nobis, vestris seruitoribus, precipientes in eternum. Scriptum in vigilia Assumpcionis Marie, nostre vniuersitatis sub sigillo.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 52a.

CLXI.

Der Rath von Lübeck verwendet sich bei den Städten Brügge, Gent und Ypern für den im Hafen Swyn seines Schiffes beraubten Hamburger Schiffer Twestrang, und bittet, sowohl diesem als den zugleich ihrer Güter beraubten Bürgern mehrerer Hansestädte Ersatz zu verschaffen. O. J. (1371.) Aug. 16.

Ciuitatibus Flandrie, Brugensi, Gandensi et Yprensi.

Sinceri amicicie seruiminis et complacencie limpidissima salutacione in dulcedine premeante. Domini et amici carissimi. Honorificencie vestre compellimur conqueri querelose, quemadmodum eciam non dubitamus, dudum ad noticiam vestram deuenisse, quatinus nonnulli predones et inpii parate pacis emuli de Normannia hiis diebus quandam nauim cuidam Twestrengh, nauclero de Hamborch, quorundam ciuium Hamborgensium et nostrorum ac aliorum nostre partis bonis onustatam, in portu Swene hostiliter et vi rapuerunt et homines in ea constitutos captos ad aquam Summe cum bonis abduxerunt, parcientesque bona illa in sex partes eciam ad sex ciuitates regni Francie, videlicet ad sanctum Walradum, Deyppen, Cortoy, Boenen, Herffloyer et Abbauillam deportarunt contra libertates et priuilegia nobis et nostratibus ab inclito principe, domino comite Flandrye, et pocioribus sui dominii ac a vobis concessa, in quorum principio continetur, quod ipse dominus comes omnes et singulos mercatores Romani imperii de quibuscunque locis terram et dominium Flandrye accedentes recepit vna vobiscum in suam et vestram defensionem et protectionem ac securum conductum, ita quod ipsi poterunt cum suis bonis et familia dominium, terras, ciuitates et iurisdictiones Flandrye

Digitized by Google

tam per terras quam per aquas secure et libere visitare ibique habitare, transsire, morari et mercandyzare, quamdiu voluerint et affectant, et licet mercatores Alemannye Brugis existentes factum et causam illam coram glorioso principe, domino rege Francye, et eius consiliariis ac in Normannya coram scabinis et consulibus prenominatarum sex ciuitatum prosequti sint ingentibus laboribus et expensis, nullam tamen exinde consequi poterant iusticiam aut equitatem. Et licet alias ipsis mercatoribus per consiliarios dicti domini comitis Flandrie ac per vos annutum et licenciatum extiterat, quod ipsi possent bona quecumque e dictis VI ciuitatibus ad portus seu districtus Flandrie veniencia impedire seu arrestare, donec ipsis de et pro ablatis bonis ac illatis iniuriis debita redderetur equitatis aut iusticie recompensa, tamen idem alias licenciatum cognouimus eisdem mercatoribus nostris, quominus huiusmodi bona arrestare possint, iam esse retractatum et denegatum in ipsorum ac nostrum intollerabile preiudicium et grauamen et contra tenorem predictarum libertatum et priuilegiorum, in quibus iste inter ceteros insertus est articulus, vt, si aliquis mercator siue in terris siue in aquis spoliatus fuerit et bona spoliata in alterius domini iurisdictionem ad aliquam ciuitatem, opidum aut locum perducta fuerint, et spoliatus vel aliquis alius vice sua sequtus ibi huiusmodi bona iure repecierit et sibi fuerit iusticia denegata, tunc idem spoliatus delinquens, vbicumque infra limites terre Flandrie inuentus fuerit, poterit arrestari et teneri, quousque lex et iusticia de ipso fuerint exequte. Ex premissis igitur vestram exoramus honestatem et amiciciam toto nisu, quatinus habituri pre oculis Deum et iusticiam nostramque perpetuam obsequelam sic in negocio huiusmodi cause operari et procedere dignemini, quod predictis nostris ciuibus et mercatoribus pro illatis ipsis dampnis et iniuriis debita rependatur equitatis vel iusticie recompensa, permittentes ac annuentes, quod ipsi virtute pretactorum priuilegiorum possint illos, qui e predictis VI ciuitatibus ad ciuitatem seu iurisdictionem vestram applicuerint, aut eorum bona tenere et arrestare, donec ipsis eorum bona, dampna et interesse fuerint restaurata, ex quo illi de supradictis VI ciuitatibus spoliatores illos collegerunt et confouerunt, effecti participes spolii bonorum ad ciuitates suas deductorum. Nobiscum enim ita obseruatur, sicut et leges innuere videntur, quod committentes spolium et fouentes spoliatores scienter pro equaliter reis habentur. Apud predictum eciam principem dominum vestrum, comitem Flandrye, sic laborare dignemini viis et informacionibus oportunis, quod defensio, promocio et securus conductus nobis et nostratibus,

Digitized by Google

vt predictum est, sigillata et sigillatus obseruetur. Si enim (deberent) spoliatores nostri et eorum complices ac fotores aut hii, ad quorum ciuitates et loca nostra bona spoliata sunt perducta, terras, ciuitates et iurisdictiones Flandrye secure visitare ibique morari et non impediri, in hoc essemus videre nostro minus bene defensi, promoti ac minus securi iuxta tenorem priuilegiorum pretactorum. In premissis ergo et circa ea vos taliter exhibere curetis, quod huiusmodi priuilegia vobis firma remaneant et inuiolabiliter obseruata, ne plures aut vlteriores nos oporteat ideo facere moniciones. Presumimus enim de vobis inhesitanter, quod datas nobis gracias non velitis auferre vel diminuere, ast pocius augere atque sic efficere, quod ipsas erga nos et nostrates iugiter efficaces senciamus et ampliores, affectantes utique pro eo vestre dilectioni dignis reuerenciarum et graciarum exhibicionibus in omnibus nobis possibilibus beniuole complacere, petentes nobis remandari vestrum benignum responsum et expeditum. Dominus Deus vos conseruet salubriter et longeue. Datum in crastino Assumcionis Marie, nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 78b.

CLXII.

Soldquittung des Wilhelm von Bocholt. 1371. Septbr. 17.[1]

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, ego Wilhelmus de Boecholte ‖ cupio fore notum per presentes publice protestando, quod honorabiles viri, ‖ domini consules Lubicenses, michi omnimode ad meam voluntatem satisfe‖cerunt pro meo integro stipendio per me in Helsingheborch super proximum festum sancti Michaelis deseruito, ita videlicet, quod prefatos dominos consules Lubicenses ac eorum successores pro me et meis heredibus de vniuersis stipendijs, dampnis et impedimentis in omnibus ac causis quibuscunque dimitto quitos penitus et solutos, amplius nichil causando super ipsos in futurum racione omnium premissorum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus duxi appendendum. Datum anno Domini M CCC septuagesimo primo, feria quarta post festum sancte Crucis gloriosissime.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel. (Auf stehendem Schild oben drei senkrechte Pfähle, unten ein sechsstrahliger Stern. Umschrift: **S' · WILhƏLMI · DƏ · BVKhOLTƏ ·**)

---

1) Im Archive befindet sich auch die gleichlautende und an gleichem Tage ausgestellte Soldquittung des Sweder Vürschutte mit anhangendem Siegel (Hausmarke).

Digitized by Google

CLXIII.

Albrecht, Herzog von Sachsen und Lüneburg, ersucht den Rath von Lübeck, sich für ihn für 600 mℛ Pf., die er in den nächsten fünf Jahren bezahlen wolle, zu verbürgen. 1371. Sept. 25.

Wie Albrecht, van Godes gnaden hertoge to Sassen vnd to Lůnemborch, entbiden den ‖ erbern wisen lůden, den bǒrgermeistern vnd den ratmannen to Lůbek, vnse vrůntschop ‖ vnd alle gut. Leuen vrůnde, wy bidden jů vrůntliken vnd mit gantzem vlite, dat gy willen vor vns ‖ lǒuen seshůndert mark penninghe bynnen dessen negesten to komenden viff iaren to betalen, des wil wy iů gůtlik vnd wol benemen. Dat rede wy iů in desem iegenwertigem vnsem openen breue, vnd were et sake dat iů daran nicht genůgede, so wil wy iů in vnsir stad to Lunemborch vthe vnsem råde vere oder sesse, welke gy eschen, dar vore to bǒrgen setten, dy iů dat sulue gelt van vnse wegen lǒuen. Des to vrkůnde hebbe wy vnse ingesegel laten drůcken an dessen breff, de geuen is to Lůnemborch, na Godes bord drittenhundert jar darna in dem en vnd seuentigesten jare, am negesten Donresdage vor sente Michils dagh.

Nach dem Originale auf der Trese. Mit Resten eines aufgedrückt gewesenen Siegels.

CLXIV.

Der Knappe Henning Meinerstorp entsagt allen Ansprüchen an die Stadt Lübeck, die er wegen seiner Gefangenhaltung erheben könnte. 1371. Sept. 26.

Omnibus presencia visuris seu audituris, ego Henningus Meynerstorp, armiger, salutem in Domino ‖ sempiternam. Tenore presencium recognosco publice protestando, quod ego pro me et meis heredibus et amicis ‖ necnon pro omnibus mei nomine quidquam facere aut dimittere volentibus quitos dimitto penitus et solutos ‖ dominos consules Lubicenses, eorum familiares necnon cives vniuersos ab omni actione, si aliqua michi competere posset

Digitized by Google

eo, quod eorundem dominorum consulum familiares me ceperunt adducentes me ad ciuitatem Lubicensem, estimantes non fore securum me pre dominis supradictis, ita quod nec ego aut mei heredes aut amici agere debeant supra captionem prenotatam. In quorum omnium testimonium et euidenciam pleniorem presentem litteram meo sigillo duxi roborandam. Datum Lubeke, anno Domini millesimo CCCLXX primo, feria sexta ante festum sancti Michaelis archangeli.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem, wohlerhaltenem Siegel. Vgl. Siegel des M.-A. Heft 5. p. 84.

CLXV.

Der Ritter Johann Hummersbuttel und der Knappe Wulfard Rixtorp erklären, die zwischen Lübeck und Hamburg und umgekehrt transitirenden Güter bis nächste Fastnacht geleiten und für allen Schaden, den sie etwa nehmen könnten, einstehen zu wollen. 1371. Nov. 25.

Nos Johannes Hummersbûttel, miles, et Wulphardus Rixstorp, armiger, recognoscimus publice ‖ protestantes in hijs scriptis, quod nos bona conductualia de muris ciuitatis Hamburgensis usque ad muros ‖ ciuitatis Lubicensis, necnon bona conductualia de muris ciuitatis ‖ Lubicensis usque ad muros ciuitatis ‖ Hamburgensis transitura infra hinc et instans Carnispriuium solito more vehere et conducere velimus ducatu fideli et securo, pro omni dampno et noxio, si aliquid huiusmodi bonis incubuerit, quod Deus auertat, sufficienter respondere atque satisfacere volentes et debentes. Quod vobis, honorabilibus viris, dominis consulibus et ciuibus dicte ciuitatis Lubicensis, ac omnibus, quorum interest, coniuncta manu sincere promittimus bona fide, in huius testimonium sigilla nostra presentibus scienter apponentes. Datum anno Domini millesimo CCCLXX primo, ipso die beate Katharine virginis et martiris.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangenden Siegeln. Vgl. Siegel des M.-A. Heft 5. p. 76. Heft 6. p. 98.

Digitized by Google

CLXVI.

Godekinus Snakenbeke entsagt dem bei dem Verkauf von neun Hufen Landes in Behlendorf und Hollenbeck vorbehaltenen Rückkaufsrechte. 1371. Nov. 25.

Sciendum, quod, quia Ghodekinus Snakenbeke alias vendidit Ludekino de Molne nouem mansos in campis villarum Belendorpe et Holenbeke cum omni proprietate et attinenciis, jure, proprietate, commoditatibus et vtilitatibus quibuscunque sibi et suis heredibus libere resignando, prout in scriptura inde confecta in isto eodem libro anno Domini M CCC LXX Letare[1] plene continetur, vbi tamen sibi facultas reemendi est cum specialibus condicionibus reseruata, nunc vero idem Ghodekinus, presens iuxta presentem librum, omni facultati et potestati reempcionis in dictis nouem mansis penitus renunciauit, nolens per se vel heredes suos vel quemcunque alium in huiusmodi IX mansis neque reempcionem nec aliquam aliam auctoritatem siue aliquod jus de cetero in ipsis vendicare, sed quod ipsi videlicet IX mansi predicti cum omnibus vsufructibus, vtilitatibus, commoditatibus, prouentibus, jure et proprietate dicto Ludekino de Molne et suis heredibus sine quacunque impeticione dicti Ghodekini et suorum heredum justo vendicionis titulo perpetue libere remanebunt.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom Jahre 1371, Katherine.

---

1) Die erwähnte Inscription lautet: Notandum, quod Godekinus Snakenbeke constitutus iuxta librum istum et in presencia testium subscriptorum recognouit vltro et expresse, se vendidisse Ludekino de Molne et suis heredibus nouem mansos in campis villarum Belendorpe et Holenbeke sitos cum omnibus vtilitatibus, proprietate, jure, commoditatibus et appertinencijs quibuscunque, sicut in litteris ducis Saxonie et Manekonis de Louenborgh, quas inde sibi tradidit, plenius continetur, pro octoginta marcis lubicensium denariorum sibi prompte, prout confitebatur, solutis et presentatis, sic tamen, quod infra octauas Pasche vltra ad quinque annos continuos proxime affuturas, videlicet infra octauas Pasche, quod erit in anno Domini M CCC LXX quinto, et non ante nec post, dictus Godekinus premissos IX mansos reemere possit pro LXXX marcis suorum propriorum denariorum. Quam quidem reempcionem, si in dicta octaua Pasche neglexerit, extunc sibi aut heredibus suis nulla reempcio competere poterit in mansis predictis, sed tunc apud ipsum Ludekinum et suos heredes hijdem mansi libere, pacifice ac perpetuo manebunt. Si quoque contingeret, dictum Godekinum ante consummacionem dictorum V annorum ex hoc seculo migrare, extunc heredibus suis nulla reseruata est facultas dictos mansos reemendi, sed extunc eciam apud Ludekinum et suos heredes manebunt, sicut prefertur. Premissa omnia sepedictus Godekinus Snakenbeke arbitratus est et promisit dicto Ludekino de Monte et suis heredibus firmiter et inuiolabiliter obseruare sine dolo, prout eciam in propriis suis litteris inde sibi datis, sicut confessus est, plenius continetur. Acta sunt hec anno Domini M CCC LXX dominica Letare, presentibus Jacobo de Cynnendorp, notario, Johanne Papen et Hermanno Knoken, ciuibus ciuitatis Lubicensis, testibus ad premissa.

Digitized by Google

CLXVII.

Waldemar IV., König von Dänemark, ersucht die Lübeckischen Rathmänner Jacob Pleskow und Hermann von Osnabrück, was sie von seinem Geräthe in Händen haben, dem Ueberbringer des Schreibens, dem Kapellan Bertold, auszuhändigen und diesen sicher nach Schwerin geleiten zu lassen. O. J. (1371.) Dec. 3.[1]

Woldemarus, Dei gracia Danorum rex.

Gunstlichen vnde fruntlichen grut thouorn. Leuen heren, her Jacob Pleskow ‖ vnde her Herman Ozenbrugge. Wi hebben iuwen bref vorstan, dar gy vns ‖ inne schriuen vnde enbeden, dat Rykmans van der Lancken ju vnse inge‖segill, bundwerk vnde kelk vns to antworden mit groten beden beuolen heft. Vmme desse arbeit vnde gunst, de gy vns darane bewisen, dancke wi jw vollenkomelichen, de gy mit vnseme gerede durch vnsern willen hebben. Darumb bidde wi jw vnde begeren, dat gy desseme iegenwerdigen brefwisere, hern Bertolden, vnserm capellane, vnser ingesegill, bundwerk, kelk, vnde eft gy wes mer van vnser wegen hebben, antworden willen vns to vorende, vnde gelouet eme, wes he to iv werff van vnser wegen, vnde bidden iv begerende, dat gy vnsen cappellan, hern Bertolden, mit vnserm gerede mit iuwen deneren vnde knechten velich vnde seker voren laten wente tho Zwerin. Darane do gy vns wol tho danck. Geuen to Luchowe, an sente Barbaren auende, vnder vnserm secret vpp den rugghe besegilt.

Nach dem Original auf Papier auf der Trese. Vom aufgedrückt gewesenen Secret sind noch Spuren erhalten.

---

1) Waldemar IV. verliess Dänemark am 6. April 1368, ging zunächst nach Brandenburg, dann zum Kaiser, war im Juli 1371 wieder in der Nähe seines Reiches, kehrte aber erst im Sommer 1372 dahin zurück. (Dahlmann, Geschichte von Dänemark, Bd. 2. S. 32. 43. 45.) Am 14. August 1371 erfolgte zu Arnsburg in der Altmark die Aussöhnung mit dem Herzog von Mecklenburg, am 19. October war er in Gnoien (Sudendorf, Th. IV. p. LXXXIII.). Auf dieser Rückreise ist der vorliegende Brief offenbar geschrieben, er kann daher nicht in das Jahr 1370 fallen. Es befindet sich auf der Registratur noch ein von demselben Tage und Orte datirtes Schreiben, in welchem Waldemar seinen Kapellan Bertold dem Rathe empfiehlt. Das Schreiben hat die Aufschrift: Honorabilibus viris et discretis dominis, proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, amicis suis fidelibus et dilectis, detur. Hier ist bei fidelibus offenbar nicht an ein Abhängigkeitsverhältniss gedacht.

Digitized by Google

CLXVIII.

Johannes Wartberg bittet den Rath von Lübeck um Rückgabe eines von den Städten den Dänen abgenommenen, doch ursprünglich ihm gehörigen Schiffes und der darin befindlich gewesenen Waaren. O. J. (Frühestens 1371.)[1]

Leuen heren. Als ik Johan Wartberch dicke vnde vele vōr iū weset hebbe ‖ vnde claghet, also claghe ich noch, dat to der tijd, dat de meynen stede leghen ‖ vor Helsinchborch, do quemen mine selschap seghelen vt Prūtzen mit einem schepe ‖ vol meles in den Ørssund, de schiphere hete Eler Grawer꜄k. Dar quemen de Denen van Copenhauene vnde nemen dat schip. Do de Dudeschen dat seghen, de vor Helsincborch leghen, do bemanneden se twe schepe in deme seluen daghe vnde nemen den Denen dat schip mit dem gude weder des suluen daghes vnde mit eyner sūnnen vnde voreden dat in dat heer vnde buteden dat vnder sich, also dat dat ghantze gůd in der meynen stede nūth quam, als ich jū dicke vnde vele claghet hebbe to dem Sūnde, to Ribenitze, to Rōstocke, to der Wysmar vnde to Lubeke, vnde ok als ik to Lubeke apenbare ghemaket hebbe vnde id dar vort in des stades boke schreuen steyt, dar neyn alsūlk dinch mach in komen, id en kome dar mit der warheyt in. Hir vmme to bidde ik juwe erbaricheyt vnde wysheyt, dat gy wol willen don dor Got vnde dor eren willen vnde dor des rechten willen vnde seen mine not an vnde gheuen mi weder dat mine, dat mi dar ghenomen wart, went Got dat wol weyt, dat ik dar recht to hebbe, vnde bidde eyne gutlike antworde hir van.

Nach dem Original auf Papier auf der Trese. Ohne Siegel.

---

1) Auf dem Hansetage zu Stralsund 1371, Octbr. 27., ward über den in dem Schreiben besprochenen Gegenstand verhandelt und beschlossen, dass Wartberg von einer Stadt zur andern ziehen und sich dort Recht sprechen lassen solle. In andern Recessen kommt Nichts darüber vor. Das vorliegende Gesuch kann daher nicht wohl früher als 1371 geschrieben sein.

Digitized by Google

CLXIX.

Magnus und Haquin, Könige von Norwegen und Schweden, beglaubigen bei den Seestädten Slaviens und den übrigen Hansestädten ihre zur Verhandlung mit ihnen nach Lübeck Abgeordneten. 1372. März 20.

Magnus et Haquinus, Dei gracia Norwegie et Suecie reges. Honorabilibus ac circumspectis viris, dominis proconsulibus, | scab(i)nis et consulibus ciuitatum maritimarum infra Sclauiam ac aliarum ciuitatum quorumcunque de hensa, ad quos presens | littera peruenerit, in Domino salutem. Noueritis, quod nos dilectos et fideles nostros, dominos Narwonem Ingewaldi, militem, | et Johannem Holuasti, canonicum ecclesie beate Virginis in Osloia, de negociis ex parte nostra plenius informatos versus Lubek dirigimus pro presenti, de quibus quidem negociis nobis et terris nostris ac dominiis ex vna parte ac ex altera vestris ciuitatibus forsan non modica vis existit. Quapropter placeat vestris discrecionibus verbis et narracionibus predictorum dominorum Narwonis et Johannis ad presens fidem adhibere, ac si vobis in personis propriis loqueremur. Datum aput ciuitatem Hammarensem, anno Domini M°CCCLXX secundo, sabbato ante Palmas.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangenden kleinen Siegeln der beiden Könige.

CLXX.

Kaiser Karl IV. befiehlt dem Rathe von Lübeck, den Herzogen Wenzel und Albrecht von Sachsen und Lüneburg die ihnen überwiesene jährliche Stadtsteuer am nächsten 8. September pünktlich zu entrichten. 1372. Apr. 4. (5.?)

Karolus quartus, diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper augustus et Bohemie rex. Honorabilibus proconsulibus, consulibus et vniuersitati ciuium ciuitatis Lůbicensis, suis et imperij sacri fidelibus dilectis, gratiam suam et omne bonum. Quia dudum illustribus Wentzlao, sacri imperij archimarschallo, et Alberto eius patruo, Saxonie et Luneborgensibus ducibus, principibus et awnculis nostris karissimis, ac eorum heredibus mille et ducentos florenos, nobis et sacro imperio per vos et ciuitatem vestram nomine steure annis singulis debitos deputauimus, assignauimus et donauimus, prout hoc in alijs nostre maiestatis literis desuper datis eisdem clarius est

Digitized by Google

expressum, idciro fidelitati vestre sub obtentu nostre gratie seriose precipimus et mandamus, quatenus eisdem ducibus vel eorum ydoneo et certo nuncio, qui vos presentibus et eorum literis requisierit super eo, prefatam summam mille ducentorum florenorum super festo natiuitatis Marie virginis venturo proximo soluendam dare ac soluere sine contradictione et impedimentis quibuslibet nostro et imperij nomine debeatis. Quo facto vos et ciuitatem Lubecensem prefatam de eadem steura et summa mille ducentorum florenorum pro anno presenti nostro et imperij nomine reddimus, facimus et dicimus quitos, liberos plenarie et solutos presencium sub imperialis nostre maiestatis sigillo testimonio literarum. Datum Prage, anno Domini M° CCC° LXXII°, indictione decima, I nonas Aprilis,[1] regnorum nostrorum anno XXVI° imperij vero decimo octauo.

Nach dem, einem im Archive der Stadt Hannover befindlichen Codex entnommenen, Abdruck in Sudendorf, Urkundenbuch zur Geschichte der Herzöge von Braunschweig und Lüneburg und ihrer Lande, Th. IV. S. 181.

CLXXI.

Die Knappen Bode von Lerbeke und Albert Scholdenvlet verbürgen sich dafür, dass Graf Otto von Schauenburg die dem Bertold von Ritzerau zugesagte Kündigungsfrist innehalten werde. 1372. Apr. 23.

Witlich zy allen den, de dessen breef zen edder horen lesen, dat wy Bode van Lerbeke vnde Albert | Scholdenulete, knapen, louen vor de vorword, de ghedeghedinghet zyn twischen vnsem heren, greuen | Otten van Schowenborch, vnde den zinen, vnde Bertolde van Rytzerowe vnde den zynen, de vorword | nicht to brekende, mer enen manet vore vp tho zegghende. Dyt loue wy tho truwer hand Bertoldes van Rytzerowe, Walrauen van dem Duuenze vnde Marquarde Rantzowe stede vnde vast tho holdene. Tho ener bewyzinghe hebbe wy dessen breef ghegheuen, bezeghelt myt vnsen inghezeghelen, de ghescreuen is na Godes bord M° CCC LXXII jare, an deme hilghen daghe zunte Juriens.

Nach dem Original auf der Trese. Mit beiden anhangenden, jedoch unkenntlich gewordenen Siegeln.

1) Die Datirung I nonas ist auffällig. Da das achtzehnte Jahr des Kaiserthums Karls IV. erst mit dem 5. April 1372 begann, so ist die, auch sonst im römischen Kalender nicht übliche Einsetzung des I vor *nonas* wohl nur einem Versehen des Abschreibers zuzuschreiben.

Digitized by Google

CLXXII.

Gottschalk und Gerhard von Attendorn, Gottschalk, des Ersteren Sohn, und Johannes Wesler verbürgen sich gegen Simon Swerting und Segebodo Crispin wegen aller Nachtheile, die denselben aus der wegen des Verkaufs des Dorfes Warstorp übernommenen Mitbürgschaft erwachsen könnten. 1372. Mai 6.

Sciendum, quod dominus Ghodschalcus de Atendorn et Gherhardus de Atendorn, Ghodscalcus, dicti domini Ghodschalci filius, necnon Johannes Weslere presentes juxta librum promiserunt pro se et suis heredibus dominis Symoni Zwertingh et Zeghebodoni Crispyn et eorum heredibus coniuncta manu et in solidum ipsos et eorum heredes indempnes conseruare ab omni promisso, quod ipsi promiserunt Thiderico de Bulowe ex parte vendicionis ville Warstorpe, ita quod, si predicti domini Symon et Zeghebodo aut eorum heredes ex parte huiusmodi promissi siue sigillacionis litterarum, quas cum ipsis sigillauerunt, super eo aliquod dampnum siue imbrigacionem incurrerent in ciuilibus aut spiritualibus a quacumque eciam persona ecclesiastica vel seculari, quod predicti domini Ghodschalcus et Gherhardus de Atendorn, Ghodschalcus, domini Ghodschalci filius, Johannes Weslere et eorum heredes ipsos et eorum quemlibet debent ab omni dampno eripere et indempnes conseruare.

Späterer Zusatz: Sciendum, quod dominus Seghebodo dimisit istam scripturam quitam et solutam.[1]

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom Jahre 1372, Ascensionis Domini.

---

1) Hieher gehört noch folgende Inscription des Niederstadtbuchs vom J. 1373, Pentecostes (Jun. 5.): Dominus Ghodscalcus de Atendorn tenetur Johanni Weslere ducentas et quinquaginta marcas denariorum, pro quibus sibi medietatem suam ville Warstorpe racionabiliter impignorauit, ita quod idem Johannes de predictis bonis XXV marcas redditus in festo beati Michahelis sublenabit et quocunque anno ipse dominus Ghodscalcus predictas CC et L marcas in festo Pasche exposuerit, tunc redditus illius anni in eodem festo Michahelis sequente ipsi cedent; sed quocienscunque hoc in festo Pasche per ipsum neglectum fuerit, tunc predictus Johannes Weslere eosdem redditus integre subleuabit et pro omni defectu idem dominus Ghodscalcus ipsi Johanni Weslere omnia sua bona, que habet extra ciuitatem, impignorauit, ita quod eciam eadem bona sint pignus domino Gherhardo de Atendorn et Johanni Weslere predicto pro omni promisso, quod fecerunt pro domino Ghodschalco supradicto.

Digitized by Google

CLXXIII.

Der Rath zu Lübeck benachrichtigt seine Mitglieder Jacob Pleskow, Bertram Vorrad und Hermann von Osnabrück, dass der Rathmann Thomas Morkerke auf seiner Reise nach Fehmarn zwischen den Dörfern Klein- und Gross-Brode von Detlev von Sigghem und Sly Beyenvlete überfallen, schwer verwundet und weggeführt sei, ohne dass man wisse, wohin, und trägt ihnen auf, sich bei dem Grafen Adolph über diesen von seinen Vasallen und in seinem Gebiete begangenen Frevel zu beschweren. O. J. (1372.) Mai 25.[1]

Caritatiua et omnis boni salutacione preambula. Dilectionibus vestris significamus dolenter per presentes, quod die sabbati proxime lapsa ‖ dominus Thomas Morkerke, noster conconsularis dilectus, equitans de Lubeke versus Ymbriam et veniens inter villas Lutteken Brode et Groten ‖ Brode est a Detleuo de Zigghem et Slij Beyenvliet et eorum in hac parte complicibus captus et dire vulneratus, ita quod nescimus ‖ nec adhuc experiri possumus, an ipsi eum occiderunt an abduxerunt, aut vbi dimiserunt eundem. Hec insinuauimus atque conquesti sumus comitibus et comitissis Holtzacie et eorum aduocatis et vasallis, quod ad illorum et singulorum bonorum hominum noticiam possint deuenire. Familiares vero exequitantes quatuor, qui cum domino Thoma exiuerant et in conflictu ab eo fugerant, fecimus incarcerari, maxime quod redeuntes ad nos inuenimus eos dispares in verbis et responsionibus suis. Ad premissa libenter plura fecissemus et adhuc faceremus, si possemus inquirere locum, quo dominus Thomas peruenit. Nichilominus emisimus nuncios nostros ad indagandum de eo et de ceteris circumstancijs facti prenarrati. Ista eciam, si expedire videritis, poteritis domino comiti Adolfo intimare conquerendo, quod a suis vasallis et in suo districtu sunt perpetrata. Petimus insuper nobis rescribi, quid in placitis vestris actitatum sit, et quomodo vobis succedat, et siqua videritis oportuna. Dominus vos preseruet. Datum feria

---

1) Die Jahreszahl ergiebt sich aus der Urkunde vom 11. Mai 1373. Detmar erzählt die Begebenheit so mannigfach abweichend, dass man zweifelhaft wird, ob er von demselben Vorfalle redet, der dann schon damals durch die Sage sehr entstellt gewesen sein muss, oder ob er einen andern Vorfall meint. Für das Letztere möchte der Umstand sprechen, dass der Rathmann Thomas Morkerke erst 1401 Apr. 4. starb. Auch war die Fehde mit den Buchwald vom J. 1364 schon im folgenden Jahre beigelegt. Bd. III. № 735. Vgl. Grautoff, Lüb. Chroniken, Th. I. S. 287.

Digitized by Google

IIÎ post Trinitatis, nostro sub secreto. Per manum Jacobi de Cynnendorp, seruitoris vestri, feria VÎI Penthecostes de curia Romana Lubeke reuersi.

Consules ciuitatis Lubicensis.

Valeat lector.

In dorso: Honorabilibus et circumspectis viris, dominis Jacobo de Plescowe, Bertrammo Vorrad et Hermanno de Osenbrůghe, conconsularibus nostris quamdilectis, presentetur.

Nach dem in Briefform gefaltenen Original auf Papier auf der Trese.

CLXXIV.

Der Rath zu Lübeck meldet seinen Mitgliedern Jacob Pleskow, Bertram Vorrad und Hermann von Osnabrück die erfolgte Rückkehr des verwundeten Rathmanns Thomas Morkerke und die von demselben gegen Detlev von Sigghem eingegangenen Bedingungen. (1372.) Mai 25.

Salutis et omnis boni desiderio mere prenotato. Carissimi. Scire dignemini, quod hodie, postquam nuncius noster ‖ cum littera nostra continente factum domini Thome Morkerken vobis portanda ciuitatem nostram exiuisset, statim ‖ prandio facto venit dominus Thomas predictus Lubeke vulneratus, qui sic separatus est ab emulis suis, qui ‖ eum ceperant, ita quod ipse promisit quandam veram captiuitatem Detleuo de Zigghem soli in hunc modum, quod, quando Detleuus dominum Thomam requisierit, tunc debebit intrare captiuitatem infra quindenam a die requisicionis conputandam ad XXX miliaria a Lubeke et infra, vbi eum requisierit, et medio tempore, quo non fuerit a Detleuo requisitus, debeant Detleuus et ille Beyenvlet similiter et illi villani ac singuli, qui interfuerunt, pro nobis et omnibus nostris esse tuti et securi. Que quidem securitas debeat primo instare proxima feria quinta post occasum solis, et quando Detleuus eum requisierit, tunc debebit cum omnibus, qui intererant, pro nobis et nostris esse insecurus. Pro premissis obseruandis Elerus Fatzeke pro domino Thoma et pro hijs, que, vt prefertur, promiserat, firme fideiussit. Verum de securitate illa pretacta consulatus noster deliberabit et profundius loquetur. Datum feria IIÎ post Trinitatis, hora vesperarum, nostro sub secreto.

Consules Lubicenses.

In dorso: Prudentibus viris, dominis Jacobo Plescowe, Bertrammo Vorrad et Hermanno de Osenbrugge, nostris conconsulibus prediligendis.

Nach dem in Briefform gefalteten Original auf Papier auf der Trese.

Digitized by Google

CLXXV.

Eduard III., König von England, nimmt sich der Klagen der Behörden von Brügge an wegen eines an der englischen Küste beraubten Lübecker Schiffes. 1372. Jun. 4.

Rex maiori et balliuis ville de Dertemuth' salutem. Burgimagistri, scabini et consules ville de Bruges in Flandria per eorum patentes litteras sigillo communi ipsius ville signatas nobis grauiter conquerendo monstrarunt, quod homines ville de Dertemuth' quandam nauem de Lubek' vocatam Godberaet, ferro et aliis diuersis mercimoniis oneratam, vnde Johannes Gulsand' erat magister, de nouo supra mare prope Eysant iuxta Britanniam ceperunt hostiliter et eam cum bonis et rebus in eadem naui existentibus ad dictam villam de Dertemuth' secum duxerunt, in qua quidem naui quidam Gildolfus Josep', burgensis dicte ville de Bruges, poni fecit centum et quadraginta quintalla ferri pro ducendo illa de Ispannia vsque in portum de Swynne in Flandria. Quare prefati burgimagistri, scabini et consules nobis cum instancia supplicarunt, quatinus iuxta formam tractatus inter nos et Flandrenses vltimo habiti ferrum predictum Hugoni Cas, famulo dicti Gildolfi, presentium portitori, restitui mandaremus. Vobis igitur firmiter iniungendo mandamus, quatinus, cum vobis legittime constare poterit, dicta bona ad dictum Gildolfum pertinere, tunc centum et quadraginta quintalla ferri predicta, que in naui predicta capta fuerant, vt prefertur, eidem Hugoni nomine magistri sui predicti per credenturam inde inter vos modo debito conficiendam absque difficultate seu dilacione aliqua statim viris presentibus liberari et integraliter restitui faciatis, ita quod propterea ad nos clamor non veniat iteratus. T(este) r(ege) apud Westmonasterium, quarto die Junii, per consilium.

Rot. Claus. 46. Edw. III. 24, im Tower.

Digitized by Google

CLXXVI.

Die Aelterleute der hansischen Kaufleute in Brügge berichten den deutschen Hansestädten an der See, dass es ihnen vielfacher Bemühung ungeachtet nicht gelungen sei, für das im Swin von den Normännern genommene Schiff des Schiffers Twestrang Ersatz zu erhalten, und bitten die Städte, sich der Sache anzunehmen und sich die Aufrechterhaltung der Privilegien angelegen sein zu lassen. (1372.) Jun. 28.[1]

Vrentlike grotȩ vorseid ende vnsen willighen deynst. Ghi heren. Juwer beschedenheit gheue wi to kennenne, alse ‖ wi iv ok in tiden verleden screuen in vnsen breuen, dar van wi iv de copie senden in dessen breue, alse van den ‖ schepe, dar van de schephere Twestrang heit, dat de van Normedien namen int opene van den Swene in des greuen ‖ strome van Vlandren. Des hebbe wi de sake vterlike veruolghet met groten arbeide ende met groten coſten bede in Vlandren vor dem greuen ende vor sinen edelen rade ende vor sinen dren steden ende vor sinen ghemenen lande, ende ok in Vrancrike vor dem coninge van Vrancrike ende vor sinen edelen rade. Ende ok hebbe wiet veruolghet in Normedye, also dat vns es nv ene vterlike antworde gheuen met enen gantsen ende van desen saken van des greuen rade van Vlandren ende van sinen dren steden ende van sinen ghemenen lande. Int erste alse vp dat pûnte, dat vns de greue ende sine dre stede beseghelt hebben vrye ende seker ghelede to lande ende to watre, lyues vnde goedes, vmme dat nv des coninges manne van Vrancrike ende sine helpere, alse de copie inne heft, wey (*sic*) de stede sin. dar dat goet es in comen ende versleten, ende bescheden vmme des willen, dat sic de greue ende sine dre stede ende sin ghemene lant dar vp wol vorhalen moghen, wert met pandinge ofte met arrestamente, also lange dat deme copmanne sin goet ende sin ghelt weder werde ende sin schade beleghet werde. Dar vp so hebben se vns aldus gheantwordet, dat de greue vns vor nemanne gheleden wil dan vor de syne, vnde segheden, se hadden vnse priuilegien ouerseyn, dat wi vnsen steden ouerscreuen, se hebben vns vnse priuilegien ghehalden ende willen se halden vnverminket. Dar vp so hebbe wi en aldus gheantword, dat deme copmanne swarlic were to versokene dat land van Vlandren, na den male dat se sic wol verhalen mochten vp de ghene, de

---

1) Die Jahreszahl ist mit Rücksicht auf die vorhergehenden Briefe in dieser Angelegenheit bestimmt.

Digitized by Google

deme copmanne sin goet ghenomen hebben, ende des nicht doen en willen, so hebbe wi en dar vp gheantword, dat vnse priuilegie dar mede ghebroken si vnde nicht gheholden. Vortmer so begherde wi ene antworde van den arrestamente, dat vns ghegheuen was vp de ses stede, dar dat goet gheuoert was ende versleten was, ende vort an to arrestierne. Dar vp so hebben se vns aldus gheantword, allet dat dar arrestiert was, dat dat de greue bi sonderlikes gracien hebbe gheuen deme copmanne in mynringe van sinen schaden, vnde dat arrestament mutiert vp hundert pund groten ende twintich of dar bi vnde dat ghenomene goet mutiert vp achtien hundert pund groten of dar bi, in also vere als vns noch kenlic is. War vmme, ghi heren, wi bidden uwe grote wisheit, dat gi juwen wisen raet hir to willen keren ende hir inne also willen vorseyn sin, dat deme copmanne dit ghebrec betert werde ende vns vnse priuilegie ghehalden werde, wente wi dar to nicht mer doen konnen noch moghen. Ok, gi heren, so hebbe wi dese sake so lange ende so vterlike veruolghet, alse vp dat pûnte van den vryen sekeren gheleyde, wente wi meynen na der vtwisinge van vnser priuilegie, dat vns de greue ende sine dre stede ende sin ghemene lant dat schuldich sin to beterne, dat deme copmanne sin goet ende sin ghelt weder werde ende sin schade beleght werde, wente se sic dar vp wol verhalen moghen, of se willen. Got beware iv ju allen dogheden. Ghebied tote vns. Gescreuen to Brugge, vp sunte Peter ende Pauwels auende, vnder der alderlude ingheseghelen.

Bi den alderluden ende deme ghemenen copmanne van Almangen nv to Brugge wesende.

Auf der Rückseite: Ersamen ende wisen luden, . . den heren van den ghemenen steden bi der zee van der dûtscher hanze, detur.

Nach dem Original auf Papier auf der Trese, welches in Briefform zusammengelegt war. Die aufgedrückten Siegel dreier Aelterleute sind zum grösseren Theile abgesprungen.

CLXXVII.

Hermann von Osnabrück kauft von Tidemann Holt die diesem von Hartwig von Moisling verpfändeten Einkünfte aus dem Dorfe Moisling. 1372. Aug. 1.

Sciendum, quod Thidemannus Hold presens juxta librum recognouit, quod dominus Hermannus de Ozenbrugghe redemit ab ipso bona in Moyslinghe sibi a Hartwico de Moyslinghe impignerata, videlicet V marcas reddi-

Digitized by Google

tuum in medietate molendini et VI marcas reddituum in curia, in qua Hartwicus morabatur, et VII marcas reddituum in magno prato dicto Bughe, nec non VI marcas reddituum in prato dicto Reedwisch pro ducentis et XL marcis denariorum, quas dictus Thidemannus recognouit se integraliter subleuasse. Recognouit eciam dictus dominus Hermannus, se a Thidemanno prenominato litteras super huiusmodi bonis, quas a domino Johanne, comite Holtzacie, habet, ad se recepisse.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom Jahre 1372, Petri ad vincula.

CLXXVIII.

Der Rath von Mölln meldet dem Rathe von Lübeck, dass die hinterlassenen Güter des in der letzten Pest verstorbenen Hinrich Veddere der Verfügung desselben gemäss längst an Arme, Kranke und Kirchen vertheilt seien, so dass weder die Testamentarien noch sonst Jemand desfalls in Anspruch genommen werden könne. 1372. Aug. 22.

Honorabilibus viris et discretis dominis nostris diligendis, dominis proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, proconsules et consules in Molne ser‖uicium suum semper paratum. Noscat vestra prudencia, quod in vltima generali pestilencia quidam dictus Hinricus Veddere, ‖ noster conciuis, cum viam vniuerse carnis erat ingressurus, testamentum suum compos pleniter racionis, sicut ‖ de iure debuit, condidit, eligens sibi viros idoneos in testamentarios, quibus plenam contulit potestatem, studiose supplicans, vt omnia sua bona post obitum eius in honorem Dei, vbicunque decernerent, incessanter erogarent. Pretacto siquidem Hinrico erant due sorores, vna existens coniux Johannis Růrdemaghed, nostri conciuis, presencium ostensoris, alia vero coniux cuiusdam Johannis lanificis vobiscum morantis. Que cum rem sic gestam diffinite cognouerant, prenarratos testamentarios coram judicio conuenerunt, bona hereditaria sui defuncti fratris nitentes via iuris ab eisdem extorquere. Jure tamen largiente dicti testamentarij vna cum testamento salui ac plenipotentes permanserunt, dicte vero sorores in causa sua penitus succubuerunt, juris eciam diffinicioni huic omnino acquieuerunt nec quicquam contradixerunt. Accidit autem nouissime, Johannem Růrdemaghet pretactum ciuitatem Lubicensem propter negocia sua peragenda visitare, quem Johannes lanifex antedictus deprehendens arrestauit, volens de nouo bona hereditaria

Digitized by Google

pretacta ab ipso iure extorquere. Dicit enim, ipsum vtriusque sororis porcionem et deuolucionem postea a dictis testamentarijs via iuris acquisisse et emonuisse, et hac occasione nititur eum angere et grauiter molestare. Quapropter vestram flagitamus dominacionem precibus sinceris, quatinus dictum Johannem lanificem dignemini informare, vt nostrum conciuem prenominatum sinat pacificum et immolestatum ab impeticione predicta. Nam sepedicti testamentarij coram nobis sufficienter demonstrarunt, quod omnia bona predicti Hinrici feliciter defuncti iam dudum pauperibus et languentibus et eciam in vsus ecclesiarum desolatarum ob salutem anime sue, prout viua voce cupiuit, per ipsos sunt totaliter distributa et erogata, et nichil horum idem Johannes, noster conciuis, inde iure consecutus est, nisi hij pia et spontanea voluntate sibi paulisper sint fortasse impartiti, ad nos creditiuum habentes respectum, omnia premissa non sine nostro scitu et noticia sic fore ordinata et terminata. In quorum euidens testimonium sigillum nostrum duximus presentibus tergotenus imprimendum anno Domini M° CCC° LXXII°, in die octaua Assumpcionis beate Marie virginis.

Nach dem Original auf der Trese. Mit aufgedrücktem Siegel.

CLXXIX.

Magnus und Hako, Könige von Norwegen und Schweden, verlängern den in Bahus mit den Städten abgeschlossenen Waffenstillstand um zwei Jahre. 1372. Sept. 30.

Vniuersis et singulis presentes litteras visuris seu audituris Magnus et Haquinus, Dei gracia regnorum Norwegie et Swecie reges, salutem in Domino sempiternam. Constare volumus ‖ omnibus euidenter, quod nos pacem, treugas, inducias et amicabiles placitaciones nouissime in castro nostro Bawahus inter nos regem Haquinum, homines nostros ac seruitores et subdi‖tos et regnum nostrum Norwegie ac ceteras terras nostras quascunque, ex vna parte, et inter consules, scabinos, ciues, burgenses ac mercatores et familiares ciuitatum maritimarum, videlicet Lubek, ‖ Hamborgh, Bremen, Rotstok, Wismar, Stralesund, Gripeswold, Stetin, Anclem, Colberghe et Noue Stargardie ac aliarum ciuitatum ipsis attinencium, insuper ciuitatum Pruscie, videlicet Culm, Torwn, Elbinge, Danzeke, Koningesbergh et Brunsbergh et aliarum ciuitatum ipsis

Digitized by Google

attinencium, item ciuitatum Liuonie, videlicet Rige, Tarbati, Reualie et Perone et aliarum circumuicinarum, insuper et ciuitatum de mari australi, videlicet Campen et aliarum in Traiectensi dyocesi sitarum, ciuitatum eciam Zelandie, videlicet Sirixsee, Brelo, Middelborgh et Aermyde, ciuitatumque Hollandie, videlicet Dordraci, Amsterdamme, Enkhusen, Viringen et aliarum ciuitatum in comitatu Hollandie et Zelandie iacencium, ciuitatum eciam Geldrie, videlicet Herderwiik, Zutfanie, Elleborgh, Deuenter, necnon ciuitatum Staurie et Hindelop ac inter omnes quoscunque comprehensos in iure et confederacione ciuitatum predictarum et aliarum suarum adiutricum, parte ex altera, receptas et firmatas per nos regem Haquinum supradictum, prout in litteris nostris patentibus super hoc confectis clarius exprimitur, ratas in omnibus et singulis ipsarum condicionibus et articulis ac gratas habere volentes easdem pacem, treugas, inducias et amicabiles placitaciones a die exspiracionis ipsarum et sic deinceps ad duos annos continuos extunc proxime sequentes, ex consilio et consensu consiliariorum nostrorum et hominum per has nostras litteras prolongamus ac tenore presencium iuxta omnes et singulos ipsarum articulos in nostris, videlicet regis Haquini, contentos litteris supradictis statuimus inuiolabiliter duraturas, ita quod in predictis duobus annis nunc prolongatis, sicut et in prioribus treugis, poterunt ciues mercatores ipsarum ciuitatum ac eorum familiares et quicunque alii ad eos pertinentes regnum nostrum Norwegie et ceteras terras nostras, ciuitates et villas nostras, portus nostros et districtus secure et libere visitare ibique secure morari et abinde secure recedere, quando placet, ibique mercaturas suas et negociaciones, prout ab antiquo et hucusque consuetum fuerat, excercere ac alia eorum agere negocia, vbicunque, quociens et quandocunque eis visum fuerit expedire. Debent eciam interim bonis suis et mercibus ac omnibus aliis rebus suis libere uti pro sue libito voluntatis, nec debent a nobis aut ab aliquo aduocatorum, officialium vel subditorum nostrorum in ipsorum corporibus vel rebus quomodolibet impediri, sed a nobis et ab omnibus nostris fauorabiliter promoueri cum effectu. Ceterum debent ipsi et ipsorum quilibet stantibus predictis treugis omnibus suis iusticiis et singulis consuetudinibus, libertatibus et priuilegiis suis, predictis ciuitatibus aut eorum alteri coniunctim vel diuisim a nobis ac progenitoribus ac predecessoribus nostris quomodolibet indultis et concessis, in omnibus finibus regni nostri Norwegie ac terrarum nostrarum quarumcunque vti libere et gaudere eo modo, quo ipsis vmquam ante liberius vsi sunt et gauisi, quemadmodum eciam huiusmodi libertates et priuilegia per se docent.

Digitized by Google

Item est per nos ac per legatos ipsarum ciuitatum aput nos ad prius constitutos taliter placitatum, quod illi de Rotstok et Wismaria non debeant nobis et hominibus nostris, regno vel terris nostris aut auxiliatoribus ullum per se aut per suos conciues vel quoscunque familiares stantibus treugis predictis inferre noxium vel grauamen; nec debent medio tempore dominis suis ducibus Magnopolensibus aliquod contra nos et regna nostra impendere auxilium in hominibus, nauibus vel rebus aliis quibuscunque. Sed si forte domini eorum in predictis ciuitatibus Rotstok et Wismaria et earum portibus aliquos homines et naues pro prompta pecunia sua conducerent seu sibi victualia compararent, huiusmodi homines, naues vel victualia educendo, per hoc predicte treuge infici non deberent. Eciam si contingeret, nos cum potencia terras dictorum ducum Magnopolensium hostiliter inuadere, tunc predicti Rotstokcenses et Wismarienses possent dictos dominos suos juuare infra ciuitates et portus suos ac terras, que ad ducatum spectant Magnopolensem, per quod eciam predicte treuge non debeant violari. Premissas igitur treugas vna cum omnibus et singulis articulis et condicionibus suprascriptis vna cum dilectis et fidelibus consiliariis et compromissoribus nostris ex parte nostra, regni nostri predicti ac terrarum nostrarum aliarum promittimus bona fide predictis ciuitatibus firmiter et inuiolabiliter absque omni dolo et fraude obseruari. Et nos Johannes Hierna, Narwo Ingewardesson, Haluardus Jonsson et Haquinus Ewindason, milites; Gauto Erikxsson et Aluerus Haraldesson, armigeri, pro supradictis treugis et earum circumstanciis quibuscunque ac pro omnibus et singulis aliis articulis suprascriptis absque omni dolo firmiter obseruandis vna cum eisdem dominis nostris regibus compromittimus bona fide, sigilla nostra vna cum sigillis ipsorum dominorum nostrorum regum presentibus litteris in testimonium et maiorem euidenciam apponentes. Actum et datum in castro nostro Tunsbergensi, anno Domini millesimo CCC̊ LXX̊ secundo, crastino beati Michaelis archangeli.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangenden kleinen Siegeln der beiden Könige und der sechs Bürgen. Hierna: Auf einem stehenden Schild ein Boot. Umschrift: + S' (IOhANIS) ƐRINƐhIUS — *Inghewardesson: Ueber einem schräglinks getheilten gelehnten Schild steht in Rechtsprofil ein Helm mit aufliegender unzerschlitzter Helmdecke und mit zwei Büffelhörnern besteckt. Im Grunde steht vor dem Helm ein Kreuz. Umschrift:* S' NÆVORIS INGƐWALZS — *Jonsson: Ein gelehnter Schild mit einem geschachten rechten Schrägbalken. Umschrift:* S × hALVARDI + IOhANNIS · — *Ewindason: Innerhalb eines Kranzes von verbundenen fünf Rosen steht auf dem Schilde ein gekrönter Thier(?)kopf. Umschrift:* · · · QVINI ... ƐWINDI · · — *Ericson: Auf dem Schilde ein schrägrechts aufsteigender Eber. Umschrift:* S' GAVTONIS · ƐRICI — *Haraldeson: Auf gespaltenem Schild vorne eine halbe Lilie, hinten zwei Sparren, aber beide Bilder sind auf den Kopf gestellt. (Ein anderes Siegel vermuthlich desselben Mannes giebt das Bild richtig.) Umschrift:* (+S‡)ALVƐRI ‡ hARALDI

Digitized by Google

CLXXX.

Hartwich von der Sülte ersucht in Auftrag des Rathes von Lüneburg den Bürgermeister Jacob Pleskow, Fürsprecher desselben bei dem Könige von Dänemark zu sein. O. J. (1372.) Octbr. 24.[1]

Inclito ac magnifico domino, domino Winrico de Knyprode, magistro generali ordinis sancte Marie de domo Theotonica, consules ciuitatum maritimarum tempore date presencium Lubeke congregati beniuolam et obsequiosam ad queuis beneplacita voluntatem. Vestram magnificenciam scire desideramus, quod consulares nuncii ciuitatis Rostokensis in presenti congregacione nostra nobis reuelauerunt, quomodo consules Rostokenses alias Hinrico Stormere, subdito vestro, secundum diffinicionem ipsis per nos in quadam alia congregacione factam dederunt plenam securitatem et conductum in ciuitate sua supradicta, voluissent enim sibi, prout nobis dixerunt, fecisse, quod eis dictatum fuit per nos in predicta congregacione super discordia, que vertitur in(ter) ipsos consules Rostokenses, ex vna, et Hinricum Stormere prenominatum, ex altera parte. Ipse tamen Hinricus illic non venit, forte ex aliquibus sinistris informacionibus, quas informaciones, prout dicti consulares nuncii Rostokenses nobis retulerunt, ipse attribuit dominis Hinrico de Loo et Danquardo de Zee, consulibus ciuitatis Lubicensis, qui tamen ambo comparentes coram nobis se dixerunt huius facti penitus innocentes, excusando sufficienter se super eo. Retulerunt insuper nobis dicti legati Rostokenses, quod domino Johanni Westerrode et Radekino Vrowendorpe, legatis vestrarum ciuitatum Prucie, venientibus ad sepedictam ciuitatem Rostokensem, pergentibus Lubeke

Digitized by Google

ad predictam nostram congregacionem, ipsi consules Rostokenses exibuerunt, quod eorum consulares, qui alias ex iussu eorum bona Hinrici Stormers sepedicti sustulerunt, deberent ipsis ad manus ipsius Hinrici plenam refusionem facere de suis bonis per sua corporalia juramenta, quod tamen ipsi legati ciuitatum Prucie predicti, prout coram nobis faciebant, acceptare noluerunt. Et adhuc vltra hoc dicti nuncii Rostokenses vnum conconsularem suum, qui predicta bona sustulit, ad pretactam congregacionem nostram adduxerunt, qui se coram nobis omnibus adhoc exhibuit, quod, si predictus Hinricus Stormer presens fuisset, aut si dicti consulares nuncii ciuitatum Prucie seu quicumque alius ex parte sui hoc acceptasse voluisset, illi vel illis vellet omnia refundere, que sibi secundum diffinicionem nostram deberentur, quod et ipsi consulares nuncii Rostokenses predicti ex parte consulatus coram nobis exibuerunt et adhuc exhibent, volentes ipsum adhuc, sicut prius voluerunt, in eorum ciuitate conducere et securare et, secundum quod alias in quadam congregacione nostra diffinitum esse clare recordamur, ipsi omnia bona sua, que sustulerunt, refundere et, si vlterius eos incusare voluerit, ab eo cum justicia separari. Vnde, domine venerande, quia huiusmodi negligencia hucusque non stetit per predictos consules Rostokenses, sed per ipsummet Hinricum Stormer, prout dicti consulares nuncii ipsorum nos informauerunt, vestre magnificencie intimis precibus studiosissime supplicamus, quatinus ad instanciam omnium nostrum nostrique perpetui seruicii ob respectum sepedictum Hinricum Stormer, subditum vestrum, informare et ita habere dignemini cum effectu, vt ipse a dictis consulibus Rostokensibus recipiat tantum, quantum ipsis et sibi per nos ipso presente est vnanimiter diffinitum, et dimittat illam arrestam quitam et solutam, qua ipsorum bona in terra vestra arrestauit, satisfaciendo eciam eis pro dampnis et impedimentis ad finem, ut futuris temporibus non contingat maiora pericula euenire. Conseruet vos Deus gloriosus longeuum et felicem. Datum anno Domini millesimo C°CC LXXIIII°, in crastino Corporis Christi, sub sigillo ciuitatis Lubicensis, quo communiter vtimur pro presenti. Vestrum gloriosum responsum petimus de premissis.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 13b.

Digitized by Google

CCXXX.

Die Aelterleute der Deutschen Hanse in London berichten den Seestädten über mehrfache ihnen widerfahrene Verletzungen ihrer Privilegien und bitten um Massregeln zum Schutze derselben. O. J. (1374.) Jun. 20.[1]

Vnsen willeghen deynst to allen tyden vorghescreuen. Leyuen heren vnde vrende. Juwer groter beschedenheyt vnde eerlicheyt gheleyue to wetene,‖ dat wy iuwen breyf woel verstaen hebben, dey ghescreuen was to Lubeke op sunte Philippus vnde Jacobs daghe der apostele, des nv was en jaer, vnde ‖ des edelen heren des coninghes breyf van Engelland, den ghy vns daerby santen, antworde wy op deme conynge vnde sinem rade, vnde ‖ begehrden ener antworde. Na wylker antworde wy langhe tijt hebbet gheuolghet, vnde andere antworde ne moghe wy nycht ghecryghen, sunder den nyen tol, alse VI denar sterlinge van deme pûnde, mote wy betalen ghelijc anderen luden, al eset teghen vnse vryheyt, wante des edelen conynghes raet seghet, dey tol sy ghesat, dey zee mede to vriene. Vortmer van deme vnrechte van deme ghewande en kunne wy noch ghene antworde ghecryghen, al hebbe wy ok daer na langhe tijt gheuolghet, sunder wy moten betalen, wat men vns eschet. Vortmer vorvnrechtet men vns in manighen anderen saken, dat theghen vnse vryheyt is, des wy nycht wederstaen ne kunnen. Hir vmme sende wy iv copien vnde vtscryfte van der meester macht vnser vriheyt, dey wy in Engelland hebben, oppe welke vtscryfte syn ghescreuen alle punte, daer vnse meeste ghebrek ane is, vnde bydden juwe ersamicheyt vnde beschedenheyt, dat ghy vmme Gode vnde der rechticheyt willen iuwen wisen guden raet daer op hebben vnde vns in staden wellen staen mit iuwer hulpe vnde juwen wisen rade, dat wy vnse vnrecht wederstaen moghen, nycht allene vmme der wyllen, dey nû syn, mer ok vmme alle der ghener willen, dey hyr na comen moghen. Wante wy hebben ghearbedet vmme dysser sake wyllen mit al vnser macht vnde groter cost, al ne maghet vns nycht viel helpen. Vortmer hope wy, wert sake dat dey hoomester van Prutsen sine bodebreyue wolde senden an den edelen heren den conyng van Engelland vnde bydden vor den ghemeynen

1) Wegen der Hinweisung auf die Vermittelung des Deutschordensmeisters Winreich v. Kniprode, deren die Städte sich bei der demnächst erfolgenden Absendung des Simon Swerting und des Hartwig Beteke bedienten, und weil die Sendung dieser beiden Männer, die auf dem Hansatage zu Stralsund im Juli 1374 beschlossen wurde, weder als bevorstehend, noch als geschehen erwähnt wird, ist der Brief in das Jahr 1374 zu setzen.

copman van Almanien van der dusschen hense, also dat hey by alden rechte vnde by alder ghewoonte mochte blyuen, dat solde viel in staden staen, wante dey vorseghede hoomester vnde dey heren van Prutsen zere wol ghemynnet syn van deme edelen conynge vorseghet vnde al syme rade. Hyr inne moghet des beesten vorramen vnde scryuen vns iuwen willen vnde iuwe guddunken weder, so ghy erste moghen. God beware iv tallen tijden an zeyle vnde an liue. Ghebeyt ouer vns. Ghescreuen to Londen in Engellant, des XX. daghes van Junij.

By deme aldermanne vnde deme ghemeynen copmanne van der dusschen hense van Almanien op der tijt to Londen wesende.

Nach einer auf der Trese befindlichen Abschrift auf Papier, welche auf der Rückseite die Aufschrift hat: Copia littere mercatorum Ludoniensium ciuitatibus maritimis misse.

CCXXXI.

Der Rath von Lübeck ersucht den Friedrich von Brinken, Vogt in Wenden, zu bewirken, dass der Landmeister in Liefland den an die Kaufleute erlassenen Befehl, von Epiphanias bis Lichtmesse sich aller kaufmännischen Geschäfte zu enthalten, zurücknehme. 1374. Jun. 23.[1]

Strennuo et honorabili domino, domino Frederico de Brynke, aduocato in Wenden.

Omnis reuerencie, seruiminis et complacencie sincerissima preuia salutacione. Fautor et amice specialis dilecte. Pro eo quod nuncios ciuitatum maritimarum et nostros nuper apud vos in partibus vestris constitutos fauorabiliter et optime pertractastis, dilectioni vestre multiformes enunciamus graciarum actiones, vos agnoscere cupientes, eosdem nuncios nos satis informasse de negocio, quod pridem apud eos in Tarbato ex parte domini magistri Lyuonie egeratis, hoc videlicet esse desiderij domini magistri, quod mercator in partibus illis a tempore Epyphanie Domini vsque ad festum Purificacionis Marie, scilicet per tempus illud medium, quiescat, non visitando Nogardiam nec aliqualiter cum Ruthenis mercando propter causas vobis sane notas. Vnde reuerencie vestre presentibus reformamus, quod hoc negocium apud nos in consilio nostro mature pertractauimus, et apparet nobis, sicut et verisimile

1) Die Jahreszahl ist am Rande bemerkt.

Digitized by Google

est, quod, si hoc ita fieret, maxime in preiudicium et grauem jacturam ipsius mercatoris redundaret, cum predictum tempus extat melius et conuencius tempus mercatoris in exercendo suas mercaturas. Ideoque vestre honestati presentibus intime supplicamus, quatinus dictum dominum magistrum curialiter informare dignemini de premissis atque diligenter exorare, vt annuat et graciose permittat, mercatorem apud suam antiquam et consuetam permanere libertatem, graciam et promocionem suam mercatori et nobis omnibus liberalius adaugendo. Pro quo sue et vestre reuerencie cupimus ad queuis grata in omnibus, quibus poterimus, vbilibet obsequiose complacere. Dominus vos conseruet feliciter et longeue, nobis in omnibus precipientes confidenter. Datum in vigilia natiuitatis Sancti Johannis Baptiste, nostro sub secreto.

Consules ciuitatis Lubicensis.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 14 b.

CCXXXII.

Albrecht, Herzog von Mecklenburg und Graf von Schwerin, beglaubigt bei dem Rathe von Lübeck den Johannes Boyeneve und den Conrad Lintbeke. O. J. (1374. Jun. 23.?)[1]

Albertus, Dei gracia dux Magnopolensis ac comes Zwerinensis, discretis viris, dominis proconsulibus ac consulibus ‖ ciuitatis Lubeke, promotiuum cum benevolencia favorem. Discrecioni vestre studiose supplicamus, quatinus dilectorum nostrorum Johannis Boyeneven, advocati in Zwerin, nec non Conradi Lindbeken, ‖ clerici, dictis ad presens vobis referendis nostri nomine fidem plenam dignemini adhibere. Scriptum sub secreto.

Nach dem Original auf der Trese. Das auf der Rückseite befindliche Secret ist grösstentheils abgesprungen.

---

1) Die Urkunde steht in einem sachlichen Zusammenhang mit den beiden folgenden № 233 und 235. Diese Urkunde ist die allgemeine, nur für den Rath bestimmte Beglaubigung des Herzogs für seine beiden Boten, № 233 ist die specielle Legitimation für das bestimmte, ihnen aufgetragene Geschäft; № 235 soll einer Schwierigkeit begegnen, welche der Rath erhoben hatte. Diese letzte Urkunde lässt in den Worten „in der hertoghen lande to Luneborch, de do vse vyent was" erkennen, dass sie nach der Fehde des Herzogs mit dem Herzog Magnus II. abgefasst ist, welche ihren Abschluss in dem Frieden vom 19. Juni 1370 fand. Es liegt nahe, sie nicht später, als aus anderen Gründen thunlich, zu setzen, und sie möchte vielleicht schon vor 1374 geschrieben sein. Es wird aber Johann Boyeneve, so weit bekannt, nicht vor 1374 Vogt von Schwerin genannt.

Digitized by Google

CCXXXIII.

Albrecht, Herzog von Mecklenburg und Graf von Schwerin, bevollmächtigt den Johannes Boyeneve und den Conrad Lintbeke in Bezug auf die für ihn aus Schweden gekommenen, in Lübeck befindlichen Güter. O. J. (1374?) Jun. 23.

Nos Albertus, Dej gracia dux Magnopolensis ac comes Zwerinensis etc. Publice recognoscimus ‖ per presentes, quod dilectis nobis Johanni Boyneuen, aduocato in Zwerin, ac Conrado Lintbeken, clerico, ‖ singula bona nobis pertinencia ac de Suecia per discretos viros Engelbertum ac Ludolfum dictos de Elten ‖ nouiter decedentes transportata plenam tradidimus impetendi, extorquendi, nostri nomine arestandi auctoritatem, annuentes eisdem, dicta bona in alia commutare et ea pro nostra vtilitate ordinare, prout ipsis visum fuerit expedire. In cuius rei noticiam nostrum secretum a tergo duximus annectendum. Datum Wismarie, in vigilia Johannis Baptiste.

Nach dem Original auf Papier auf der Trese. Das aufgedrückte Secret ist zum Theil erhalten.

CCXXXIV.

Der Rath zu Perleberg schreibt an den Rath zu Lübeck in Betreff eines von dem Rathe zu Grabow gesprochenen Urtheils, von welchem nach Lübeck appellirt worden. 1374. Jul. 1.

Cum sincera dilectione nostro seruicio fideli predirecto. Iuwer erbarcheit du wy witleken, gy erleken ‖ radesheren to Lubeke vnde sunderleken ghuden vrundes, vnde ju ratluden tu Grabow, dat ‖ dy edelen wolgheborn vorsten, marggreuen van Brandenborch unde hertoghe Albrecht van Mekeleborch, ‖ weren ouerme jare tu Perleberghe. Des wart bestolen hern Luders Lutzow knecht, Henneke Haghenow, by slapender tyt, alzo he secht. Dar na wol ver weken dun druch eyn knecht eynen olden rock ouer syneme halze, des quemen des seluen knechtes vrunt vnde seden: Wat deystu myt desseme rocke? du mochtest darmed komen to grotem leyde vnde dyne vrunt, wante he is ghenomen Henneken Haghenow. Des swur dy knecht, he hadde den

rock ghevunden. Des toch dy selue knecht den rock vt. Den nemen syne vrunt vnd brochten in Henneke Hagenow herberghe vnd boden en deme werde, dat he den rock scolde nemen vnd senden syneme gaste. Des wolde sick dy wert myt deme rocke nicht vorwerren, he entwyste ock nicht, wor Henneke Haghenow wonte. Des quemen dy vrunt vnd wolden den rock vnses rades kumpan, eyneme besworn ratmanne, antwerden. Dy besworn ratman sprack: Ick neme den rock nicht van ju, dar en syn irsten ouer twe beseten bederue borghere. Des quam dy selue ratman vnd nam dar ouer twe beseten bederue borghere vnde nam den rock tu sick Henneken Haghenow tu ghudem beholde. Nach der tyt heft dy selue ratman Henneken Haghenow vntboden, dat he den rock halen lete, he were em mit ghude beret. Des is dy rock noch in des ratmannes hus vnde wart noch ny ghedeilet vor vordufte haue. Vnde wy ratlude hebben Henneken Haghenow ny rechtes gheweyghert ouer denseluen ghesworn ratman. Hir bouen heft Henneke Haghenow vnser borghere waghene beschuttet bynnen Grabow mit hern Luders ghderichte. Hir vmme is dy selue ratman ghereden tu Grabow tu hern Luder myt dessem witleken tughe vnde wolde hern Luder berichten vmme alle desse gheschichte. Des lut her Luder denseluen ratman vor dat lubesche recht tu Grabow. Dy selue ratman dorch othmudicheit willen ghinck myt hern Luder vor dat lubesche recht. Doch so weren dy zake vnde schichte gheschen myt vns tu Perleberghe. Des vunden em dy ratlude van Grabow vor eyn recht: weret dat dy ratman vullekomen worde myt twen bederuen luden, alzo hir vor steit gescreuen, so scolde he dar vmme neyne not lyden. Dyt recht heft Henneke Haghenow beschulden wante vor ju, worvmme bidde wy juwe eraftigheit, dat gy sy vorscheiden myt rechte. Vnde dat dy selue rock deme besworn ratmanne, vnseme kumpan, alzo ghedan vnde gheantwerdet is vor den twen bederuen beseten vnsen borgheren, dat hebben dy seluen twe bederue lude vor vns in dy hilleghen openbar ghesworn. Dat betughe wy ratlude van Perleberghe witleken in desseme open breue. Ghegheuen nach der bort Christi vnses heren drutteynhundert jar an deme vere vnde souentighesten jare, an deme sunauende nach Petri vnde Pauli der heylighen apostel, vnder vnseme heymeleken ingheseghel.

Consules opidi Perleberghe ad hoc vestri in omnibus seruitores.

Nach dem Original auf der Trese. Mit aufgedrücktem Secret der Stadt Perleberg.

Digitized by Google

CCXXXV.

Albrecht, Herzog von Mecklenburg und Graf von Schwerin, ersucht den Rath von Lübeck, seinem Vogte Boyeneve und seinen übrigen Dienern die ihnen auferlegte Caution zu erlassen. O. J. (1374.) Jul. 2.

Albertus, dux Magnopolensis, comes Zwerinensis.

Amicabili salutacione premissa. Wetet, als wy vnsen voghet Boyeneuen hadden inne sant to Lubecke ‖ vmb vnse verf vnd andre vnse denre, so hebbe gi se dreuen oppe louede vmb ‖ enes vangenen willen, den vse denre vangen hadden in des hertogen lande to Luneborch, ‖ de do vse vyent was, sulf andre. Des bede gi vor den enen vnde screuen, dat he des keysers vndersate were, den lete wy los vmb des keysers willen vnd vmb juwen willen. Vor den andren bede gi nicht, den beschattede vnse voghet, de vor Boyeneuen was, vor vnsen vyant, de in vnses vyendes lande vangen was vnd vndersate was, de ok vnse vyende weren. Des dunket vns, na dem male dat wy in guder velicheyt mit ju sitten, dat gi vns to kort dar ane dûn, dat gi vnsen voghet vnd vnse denre oppe louede drenget, vnde bidden ju, dat gi vnsen vogede vnd vnse denre des louedes loos laten, na dem male, dat he dar nicht af en weet. Duchte auer ju, dat vnse voghede en mit vnlike beschattet hadden, so leuet dar noch sulke, de dar mede weren, dar wille wy ju likes vnde rechtes ouer helpen, wan gi willen. Wes gi hir bi don willen, dat en bedet vns vnde scryuet vns en antworde kortliken. Scriptum Zwerin, des sondages na Processi et Martiniani martirum, nostro sub secreto.

Auf der Rückseite: Prouidis et circumspectis viris, . . proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, fautoribus amicis nostris.

Nach dem Original auf der Trese. Mit Spuren des aufgedrückt gewesenen Secrets.

CCXXXVI.

Der Rath von Lübeck ersucht den Rath von Frankfurt, den dortigen Bürger Bernhard Nyebur anzuhalten, dass er in Bezug auf seine in Lübeck mit Beschlag belegten Güter den Forderungen des Lübeckischen Rechts Genüge leiste. 1374. Jul. 6.[1]

Affectuoso alloquio mere amicicie, complacibilitatis et beniûolencie reuerencialiter antelato. Amici sincere dilecti. Recepimus honorifice intellexi-

1) Die Jahreszahl ist am Rande bemerkt. In derselben Angelegenheit hat der Rath gleichlautende und dem hier abgedruckten sehr ähnliche Schreiben, wie eine Notiz in dem Copiarius besagt, an Heinrich Herrn von Ysenburg in Büdingen, an Johann Herrn von Ysenburg in Büdingen, an Ulrich, Herrn in Hanau, und an Eberhard, Herrn in Eppstein erlassen.

Digitized by Google

musque clare vestre honestatis litteras nobis destinatas, continentes, quomodo Bernardus Nyebur, vester conciuis, et vxor eius legitima juramentis suis coram consulatu vestro corporaliter ad sancta Dei prestitis affirmauerunt, se domino Bernhardo Aldenburgh, Hinrico Stengrauen et Constantino Schoneken, conciui nostro, in nullo ex parte Sledornes obligari, prudencie vestre presentibus reformantes, quod hoc non sufficit iuri nostro, quod ipsi huiusmodi juramenta coram vestro prestitere consulatu. Nostri etenim iuris est, quod, quandocunque aliqua bona nobiscum juridice arrestantur, tunc necesse est, quod is, cuius illa bona sunt, personaliter ad locum illum, vbi arrestata sunt, transueniat et ea dearrestet, vel in casu, quo ex causis necessarijs personaliter venire nequeat, suum plenipotentem transleget procuratorem. Vnde, sicut alias vobis demandauimus, ita denuo vobis intimamus precibus affectiuis, quatinus dictum B(ernardum), ciuem vestrum, talem habere curetis in effectu, quod adhuc personaliter Lubeke veniat uel saltem suum transordinet procuratorem et faciat dearrestari sua bona iuridice nobiscum arrestata. Et ad hoc exequendum terminum juris prius prolongatum vlterius propter bonum pacis et vestri amoris intuitu prolongauimus et suspendimus vsque ad instans festum sancti Martini, supplicantes attencius, vt apud eundem conciuem vestrum taliter efficere dignemini, quod nostrorum conciuium bona, que ipse pretextu huiusmodi cause fecit et procurauit vobiscum arrestari minus juste, faciat ab huiusmodi detencione libertari. Ceterum ad hoc, quod scribitis, quomodo vestris litteris tam bene confidendum sit, sicuti juramento procuratoris vestri conciuis, industrie vestre rescribimus, ut prius, quod hoc in casu illo non sufficit juri nostro. Exigit enim jus nostrum in hoc casu personalem vel saltem procuratorialem comparicionem ad prestandum juramenta pro libertacione bonorum huiusmodi in loco, vbi juridice sunt arrestata. Et rursum scitote, quod nos vtique vestris et singulorum bonorum hominum litteris semper confidere solemus et merito confidimus, verum jus nostrum, quo priuilegiati sumus, non possumus bene in casu isto auertere vel ei renunciare, sperantes inhesitanter, quod et vos nos vltra hoc aggrauare non velitis, cum nos inuite vellemus juri vestro in aliquo derogare. Preterea maxime displicet nobis hoc, quod dictus Bernhardus, ciuis vester, occasione huiusmodi cause de nobis conquestus est dominis terrarum, eo quod nulla violencia vel iniuria sibi per nos aut nostros est illata. Nos eciam inuite permittere vellemus, quod ciues nostri de vobis et vestris dominis terrarum conquererentur. Dominus vos conseruet, nobis cum benigno

Digitized by Google

vestro responso precipientes. Datum in octaua beatorum Petri et Pauli apostolorum, nostro sub secreto.

Consules ciuitatis Lubicensis.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 81b.

CCXXXVII.

Sivert Swin verpflichtet sich, dem Rathe von Lübeck während eines Kriegszuges mit fünf Gewaffneten ohne Sold zu dienen. 1374. Jul. 28.

Ik Syuerd Swin, en knape, bekenne vnde betůghe openbare in dessem breue, dat ik den erbaren mannen, ‖ den heren, den råtmannen der stad tho Lubeke, schuldich byn myd mynem lyue, mynen knechten vnde ‖ myd myner haue tho denende sunder tzolt vppe mynen eghenen schaden vnde vppe ere ‖ koste, vnde ok en tho vorende vyue ghewapend, vppe wene dat se willen, vtghenomen mynen rechten heren, sunder jenegerleye vordel ene reyse, wenne se dat van my esschet. Vppe alle desse stucke vast tho holdende hebbe yk en entruwen louet vnde myn ingesegel henget vor dessen bref, de ghegheuen ys tho Lubeke, na Godes bord drytteynhundert jar in deme veer vnde seuentegesten jare, in sunte Pantaleonis daghe.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem, wohlerhaltenem Siegel. Vgl. Siegel des M.-A. Heft 5. p. 149.

CCXXXVIII.

Swin von Qualen urkundet über die zwischen ihm und dem Rathe von Lübeck geschlossene Sühne und verpflichtet sich, dem Rathe während eines Kriegszuges bis zu einer Entfernung von zehn Meilen ohne Sold mit vier andern Gewaffneten zu dienen. 1374. Aug. 4.

Ik Swin van Quåle, en knape, bekenne vnde betůghe openbare in dessem breue vor alden ghenen, de ene sên edder ‖ horen lesen, dat alle twydracht vnde schelinghe, de ghewesen heft tůschen den erbaren mannen, den heren ‖ den ratmannen tho Lubeke, eren borgeren vnde eren deneren, af ene half, vnde my, af anderehalf, gantzliken ‖ ghevleghen vnde gesonet ys myd enen gantzen ende. Dar tho so byn ik en plichtich myd mynen lyue, mynen knechten vnde myd myner håue sulf vefte miner vrund ghewapend tho denende sunder tzolt, vppe wene dat se willen ene reyse teyn mile van Lubeke, wannnêr se dat van my eschet, vtgenomen mynen rechten heren, vppe

Digitized by Google

der vorbenomeden heren der ratmannen koste vnde vppe mynen vnde der genen, de ik en vore, eghenen schaden sunder jenegerleye vordel. Vppe alle desse stucke våst tho holdende hebbe ik en entruwen louet vnde myn ingesegel henget vor dessen brêf, de ghegheuen ys tho Lubeke, na Godes bord drytteynhundert jår in deme vêr vnde seuentegesten jare, des vrydages na sunte Peters daghe ad vincula.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel. Vgl. Siegel des M.-A. Heft 2. p. 20.

CCXXXIX.

Verkauf der Hälfte von Klein-Parin. 1374. Sept. 8.

Dominus Ghodschalcus Boystorp, presbiter, Hinricus Strekelyn et Wibe, relicta Rodenwolders, emerunt a prouisoribus puerorum Thidemanni Brugghemakers medietatem ville Wendesschen Poryn, site in parochia Renzevelde, secundum omnem modum et formam, qua dicta medietas dicto Thiderico, dum viueret, pertinebat, quod dicti prouisores in data presencium superviuentes, videlicet Johannes Weslere et Hinricus Strekelyn, coram libro fatebantur factum esse anno Domini M̊ CCC LXX, in octaua Epyphanie Domini.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom Jahre 1374, Nat. Mar.

CCXL.

Verkauf der Hälfte des Dorfes Luchow. 1374. Sept. 29.

Notandum, quod dominus Dethleuus, presbiter secularis, et Emeco, fratres dicti Schiphorst, constituti apud librum hunc coram consilio publice recognouerunt et expresse, se dimisisse et libere resignasse Nicolao Stenbeken, aduocato ciuitatis Lubicensis, dimidiam villam Luchchowe, in parochia Zantzgneue sitam, ac omne et totum, quod illi in eadem media villa habebant, prout ipsa villa fuit eis et dicto Stenbeken pariter per Bertoldum de Ritzerowe in modum emologij, hoc est weddeschat, obligata, recognoscentes eandem villam totam dicto Nycolao Stenbeken soli modo pertinere.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom Jahre 1374, Mich.

Digitized by Google

CCXLI.

Der Rath von Lübeck schreibt an den Rath von Braunschweig wegen des Ausbleibens der Abgeordneten desselben auf der verabredeten Tagefahrt zu Celle. 1374. Oct. 6.[1]

Circumspectis et honestis viris, consulibus ciuitatis Brunswicensis, consules ciuitatis Lubicensis complacida et decenti salutacione mere preaccepta. Litteras vestras nobis missas, excusaciones vestras super eo, quod ad condicta placita Tzellis venire non poteratis, continentes intelligibiliter accepimus, vobis presentibus rescribentes, sicut et vobismet satis constare non dubitamus, quomodo domini consules communium ciuitatum maritimarum commiserant dominis consulibus Hamborgensibus, Luneborgensibus et nobis, vt super huiusmodi facto, quod in ciuitate vestra contigit, vobiscum terminum placitorum obseruaremus. Quem licet primo conceperimus obseruari Luneborgh, postea Ulsen, vterque tamen non competebat vobis. Tandem vero iuxta desiderium vestrum misimus nuncios nostros consulares ad opidum Tzellis, qui aduentum vestrum satis diu expectabant ibidem. Hoc autem, quod illic venire nequieratis, et excusaciones vestras super eo, necnon desiderium vestrum libenter reportare volemus ad dominos consules ciuitatum maritimarum predictos. Datum VI^{ta} die mensis Octobris, nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 82a.

CCXLII.

Der Rath von Lübeck schreibt an den Herzog Otto von Braunschweig zur Erwiederung eines Schreibens desselben in gleicher Angelegenheit. O. J. (1374.) Oct. 6.

Illustri et generoso principi ac domino, domino Ottoni, duci Brunswicensi, fautori nostro benigno et gracioso, humiles consules ciuitatis Lubicensis cum reuerencia debita voluntariam in quibusuis beneplacitis obsequelam. Inclite princeps et domine. Vestre nobilitatis litteras, vestros consules Brunswicenses super eo, quod ipsi ad condicta placita Tzellis non venerant, excu-

1) Die Jahreszahl ist am Rande bemerkt.

Digitized by Google

santes honorifice, sicut decuit, accepimus intellectione patenti, dominacioni vestre presentibus reformantes, quomodo consules communium ciuitatum maritimarum concordi decreto commiserant consulibus ciuitatum Hamborgh et Luneborgh atque nobis, vt cum consulibus Brunswicensibus super facto illo, quod in ciuitate Brunswicensi contigit, terminum placitorum obseruaremus. Et licet huiusmodi terminum primo conceperimus obseruari Luneborgh et postea Vlsen, vterque tamen non competebat eis, ut asseruerunt. Tandem vero iuxta conceptum et desiderium eorum misimus nos tres ciuitatenses predicti nostros legatos consulares ad opidum Tzellis, qui aduentum illorum de Brunswik pro obseruacione huius placitorum termini satis diu expectabant ibidem. Quod autem illic non venerant, necnon excusaciones vestras et ipsorum, quare hoc facere nequiuerant, vna cum conclusione affectus vestri ad predictos consules ciuitatum maritimarum libentissime reportabimus et eis exponemus. Dominus Deus vos conseruet incolumem et felicem temporibus longiturnis, nobis in omnibus precipientes confidenter. Datum VI[ta] die mensis Octobris, nostro sub secreto.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 53b.

CCXLIII.

Schreiben des Raths von Lübeck an die Zünfte in Braunschweig in Betreff der dortigen Zwistigkeiten zwischen dem Rath und den Zünften. O. J. (1374.) Nov. 29.

Weten schole gi, dat vse borghere, de mestere der handwerten vnde der ampdlude van vser stad, hebben vs breue gheantwerded, de gi en ghesand hadden, vnde de hebben we wol ghehord vnde vornomen, in welken breuen gi se ghebeden hebben, dat se vs berichten scholden, dat we gik nicht en vorvnrechteden. Dar vp so weder schriue we gik, dat we nemende en pleghen tho vorvnrechtende vnde dat vs dat nemend tholegghen en schal. Vortmer vppe dat alse gi schriuen, dat we mit den andern zeesteden gik willen vorvolghen, weder schriue we gik, alse gi suluen wol vornomen hebben, dat de menen stede hadden beuolen den radheren van Hamborgh vnde van Luneborgh vnde vs, dat we vmme de jammerliken schicht, de leider mit gik tho Brunswijk ghescheen is, mit gyk daghe holden scholden. Des ramede we der daghe mit enander tho holdende erst tho Luneborgh vnde deden se gik witlik, dar

en euenden se gik nicht, dar na tho Vlsen; dar en behagheden se gik echt nicht. Int leste begherede gi suluen, dat we de daghe mit gik holden wolden tho Tzelle, des volghede we gik na juwer eghenen begheringhe, vnde sanden dar user dryer radecumpane, de dar leghen wol twe daghe vnde beideden juwer thokumft, doch so en queme gi dar nicht, des mosten de vse van danne scheiden sunder ende. Hir vmme wat vs dar van wedervaren is, dat hebbe we den steden weder enboden, wes se nu wider tho rade werden, dar an thodonde, dat werd gik hirna wol tho wetende. Gheschreuen in sunte Andreas auende, vnder vsem heymeliken ingheseghele.

Consules ciuitatis Lubicensis.

Den mesteren vnde den ghemenen gilden der cramere, der goldsmede, wandsnydere vnde lakenmakere, der schrodere, der knokenhouwere, der beckere vnde brouwere, der smede, der beckenwerchten, der hudecopere, gherwere vnde schowerten vnde der corsenwerchten der stad to Brunswik is gesand desse vorschreuene bref.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 82a.

CCXLIV.

Die Räthe von Lübeck, Hamburg und Lüneburg zeigen der Stadt Braunshweig an, dass sie aus der Gemeinschaft der Hanse ausgeschlossen sei, bis sie die von ihr begangenen Verbrechen gesühnt habe. (1374.)

Vniuersis consulibus, ciuibus, vnionum rectoribus totique communitati ciuitatis Brunswicensis. Alse gi wol weten, dat vs van den menen steden, de desser daghe vp sunte Jacobes daghe tho dem Stralessunde tho samene weren, eendrachtliken beuolen ward, dat we van erer aller weghene mit ju daghe holden scholden vmme de jammerliken schicht, de leyder in der stad tho Brunswijk gheschen is, vnde wo we der daghe erst rameden tho holdende tho Luneborgh vnde dar na tho Ulsen, jodoch, so en euenden se jw in den twen steden nicht. Des lete gi vs bidden, dat we de daghe mit ju tho Tzelle holden wolden, des sende we daar dor juwer bede willen vser rade cumpane, de dar leghen wol twe daghe vnde wachteden juwer thokumst, doch so en růkeden gi nicht, dar tho komende. Hir vmme so schriue we ju van hete der menen stede, de in der hense vnde in des copmannes vryheid vnde rechticheid begrepen sin, dat gi vnde de juwe vmme der vorschreuenen

jammerliken daad, de gi an den borghermestern vnde radmannen vnde eren vrunden bynnen Brunswijk beghaan hebben, dat landen vnde luden wol witlijk is, vnde gi jw in der daad entholden vnde in hardicheid besitten, vnde menen dar vmme neen lijk vor vnlijk tho donde, en scholen mit den vorbenomeden steden edder mit den eren nenerleye handelinghe hebben tho lande edder tho watere, vnde scholen der hense vnde des coopmannes vriheid vnde rechticheid enberen, went gi vmme der vorbenomeden daad, de an den bederuen luden vnde eren vrunden gheschen is, don lijk vor vnlijk, vnde were dat gi jw dar anders nicht vmme bedencken wolden, so mösten de menen stede dar vorder tho proüen, wan se erst thosamene komen, wo gi tho like vnde tho rechte ghebracht worden. Datum nostris sub sigillis.

Hec consules ciuitatum Lubeke, Hamburgh et Luneborgh nomine vniuersarum ciuitatum in hensa Theotonicorum comprehensarum.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 82b.

CCXLV.

Aufzeichnungen des Niederstadtbuches über Schuldverhältnisse benachbarter Fürsten und Adeligen zu Lübeckischen Bürgern im Jahre 1374.[1]

Detleuus, filius Ottonis Wenzyne, tenetur Hinrico Wenghesterne centum marcas den., in festo beati Martini proxime futuro persoluendas, pro quibus Detleuus Broye, Johannes Kreuet, Hinricus Streggelyn et Elerus Longus coniuncta manu promiserunt. *Circumc. Dom. (Jan. 1)*

Bertoldus de Ritzerowe tenetur Arnoldo Wintermast C et LXXXVIII marcas den., in festo beati Michahelis proxime futuro persoluendas, pro quibus Ludeco de Molne, Nicolaus Stenbeke et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt. *Conv. Pauli. (Jan. 25.)*

Dominus Eghardus de Crummesse tenetur Thiderico Nienborg et Reynekino Ratelbant LXXVIII marcas den., in festo Natiuitatis beati Johannis Baptiste proxime futuro persoluendas, pro quibus Ludeco de Molne fideiussit. *(Nicht durchstrichen.)* *Pur. Mar. (Febr. 2)*

Fredericus de Wantzenberg tenetur Johanni Hamma vtrique, videlicet seniori et juniori, et Hinrico Hamma C LXXV marcas minus V sol., in festo

1) Aehnliche Aufzeichnungen finden sich in den ersten Monaten des Jahres 1375 ebenfalls noch ziemlich zahlreich, von da an aber kommen sie nur noch einzeln vor. Die hier abgedruckten sind durchstrichen mit Ausnahme derjenigen, bei welchen das Gegentheil bemerkt ist.

Digitized by Google

Pentecostes proxime futuro persoluendas, pro quibus magister Johannes de Wantzenberg, Wernerus Zuluerberner, Ludeco de Molne et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt. *Oculi. (März 5.)*

Fredericus de Wantzebergh tenetur Thiderico Bischoping LV marcas den., in festo beati Jacobi proxime futuro persoluendas, pro quibus Johannes de Wantzenberg, frater suus, et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt. *Oculi. (März 5.)*

Rike Henneke Breyde tenetur Hinrico Kreuet supra domum operariam centum et decem marcas den., in festo Pasche proxime futuro vltra vnum annum persoluendas, quod erit videlicet anno Domini M CCC LXXV, Pasche, pro quibus Johannes van dem Haghene et Vorrad Kran coniuncta manu promiserunt, qui eciam se principales debitores constituerunt pro dicto Hennekino. *Palmarum. (März 26.)*

Bertoldus de Ritzerowe, armiger, tenetur Rodolpho van der Lippe C et XXX marcas lub. den., super instanti festo Natiuitatis Christi amice persoluendas, pro quibus cum eo Ludeco de Molne, Wernerus Suluerberner, Johannes Renwerstorp et Hinricus Hidzacker in solidum et coniuncta manu fideiusserunt. *Marci. (Apr. 25.)*

Gherardus Ghudowe, famulus, et Ludekinus de Molne tenentur coniuncta manu Volmaro Buxtehuden CCC et LXX marcas, super proximo festo sancti Martini persoluendas. *Marci. (Apr. 25.)*

Gherardus Ghudowe, famulus, tenetur Volmaro Buxtehude CC et XLIIII marcas den., super festo Pasche proxime venturo persoluendas, pro quibus vna cum eo Johannes vam Haghene et Ludeco de Molne coniuncta manu fideiusserunt. *Asc. Dom. (Mai 11.)*

Fredericus de Wantzenberg tenetur Simoni van der Horst CC marcas lub. den., super proximo Carnispriuio persoluendas, pro quibus vna cum eo magister Johannes Wantzenberg, frater suus, Wernerus Suluerberner, Ludeco de Molne et Wescelus Zeel coniuncta manu fideiusserunt. *Asc. Dom. (Mai 11.)*

Detleuus de Tzule tenetur Johanni Lobeke centum et XX marcas den., in festo Natiuitatis Christi proxime futuro persoluendas et Borchardo de Hildensem ad suas fidas manus, pro quibus Wernerus Zuluerberner et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt. *Pentec. (Mai 21.)*

Detleuus Gronowe tenetur Hinrico Raad centum et XII marcas, in festo Pasche proxime futuro persoluendas, pro quibus Marquardus Crucevelt et Johannes Kyl coniuncta manu promiserunt. *Pentec. (Mai 21.)*

Digitized by Google

Bertoldus de Ritzerowe, debitor principalis, Ludekinus de Molne, Wessel Zeel et Hermannus Ozenbrugghe tenentur coniuncta manu domino Hinrico Hoyer, proconsuli Hamburgensi, et Ghizelberto Nyestad quingentas et XXVI marcas minus viginti denarios, in festo Pasche proxime futuro persoluendas.
Pentec. (Mai 21.)

Dominus Detleuus Parkentyn dictus de Belendorpe tenetur Hinrico Joden C et X marcas den., in festo Natiuitatis Christi proxime futuro persoluendas, pro quibus Wernerus Zuluerberner et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt. *Corp. Chr. (Jun. 1.)*

Bertoldus de Ritzerowe tenetur Hinrico Luchowe centum et XXX marcas den., in festo beati Martini proxime futuro amicabiliter persoluendas, ipse et sui heredes, pro quibus Ludeco de Molne et Hinricus Hidzaker cum ipso coniuncta manu promiserunt. *Viti. (Jun. 15.)*

Bertoldus de Ritzerowe tenetur Hermanno de Molendino CCC LXXII marcas den., in festo Pentecostes proxime futuro persoluendas, pro quibus Ludeco de Molne, Wernerus Zuluerberner, Johannes Reynwerstorpe, Johannes Kyl et Hinricus Hidzaker coniuncta manu cum ipso fideiusserunt. *Viti. (Jun. 15.)*

Sciendum, quod constituti juxta librum Fredericus et Johannes, notarius ciuitatis, fratres dicti de Wantzenberg, pro se et fratre suo Thiderico de Wantzenberg presentes juxta librum resignauerunt rite et racionabiliter Johanni de Lune, Herdero de Stade et Hermanno de Molendino illas mille et ducentas marcas den., quas ipsis soluere tenentur duces et consilium Luneburgense, in festo Natiuitatis beati Johannis Baptiste proxime futuro, persoluendas secundum continenciam litterarum ipsis super huiusmodi pecunia datarum, quas litteras ipsis presentauerunt sub hac forma, quod dicte littere sub custodia Johannis de Lune prenominati debent reseruari ad vsum predictorum trium, Johannis, Herderi et Hermanni, necnon Johannis, Frederici et Thiderici de Wantzenberg et fideiussorum eorundem subscriptorum, vt debita monicio possit fieri cum eisdem secundum consilium eorundem, quos dictum factum tangit ab vtraque parte. Et ad maiorem securitatem Wernerus Zuluerberner, Ludeke de Molne, Hinricus Zouerreken et Hinricus Hidzaker cum predictis Johanne et Frederico de Wantzenberg coniuncta (manu) promiserunt, quod, si aliquis defectus fiat in ista persolucione pecunie supradicte, [quod] ipsi satisfacient pro defectu Johanni de Lune, Herdero de Stade et Hermanno de Molendino supradictis. Predicti eciam Johannes, Fredericus, Wernerus Zuluerberner et Hinricus

Digitized by Google

Hidzaker promiserunt Hinrico Zoueneken supradicto, ipsum in hoc facto indempnem conseruare, coniuncta manu. *Viti. (Jun. 15.)*

Fredericus de Wantzenberg tenetur Herdero de Stade CC LXI marcas et IIII sol. den., in festo Pentecostes proxime futuro persoluendas, pro quibus magister Johannes de Wantzenberg, frater eius, Wernerus Zuluerberner, Ludeco de Molne et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt.

Später hinzugefügt: Sciendum, quod predicti Fredericus et Johannes de Wantzenberg concordauerunt cum dicto Wernero, quod (pro) predicta pecunia ipse Herderus habebit redditus ex thelonio Eyslinghensi, videlicet pro quibuslibet X marcis I marcam, dimidietatem in festo Martini et aliam medietatem in festo Pentecostes subleuando, vnde primos redditus in festo Martini anni Domini M CCC LXXV debuisset subleuasse, et adhuc nichil subleuauit, sed totum stat ad vnam summam. *(Nicht durchstrichen.)* *Processi et Martiniani. (Jul. 2.)*

Bertoldus de Ritzerowe tenetur Volmaro de Buxstehude CC et quinquaginta marcas den., in festo Pasche proxime futuro persoluendas, pro quibus Johannes van dem Haghene, Ludeke de Molne et Henricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt.

Später hinzugefügt: Sciendum, quod idem Volmarus presens huic libro recognouit, se predictas CC L marcas a Johanne van dem Haghene integraliter subleuasse. *Margarethe. (Jul. 13.)*

Marquardus Rantzowe tenetur Conrado Schrodere et Johanni Mederowe XC et V marcas den., in Carnispriuio proxime futuro persoluendas, pro quibus Ludeke de Molne cum ipso coniuncta manu fideiussit. Vterque predictorum creditorum alio absente erit potens hanc scripturam delendi.
(Nicht durchstrichen.) *Jacobi. (Jul. 25.)*

Fredericus de Wantzenberg tenetur Marco Wulf, seruitori dominorum, et vxori sue Mechtildi LX marcas denariorum, in festo Natiuitatis Christi proxime futuro sibi amicabiliter persoluendas, pro quibus magister Johannes de Wantzenberg et Hinricus de Hidzaker cum ipso coniuncta manu promiserunt. *Invent. Steph. (Aug. 3.)*

Detleuus de Tzule tenetur Hinrico Niestad C et LXXXVI marcas denariorum, in festo Pasche proxime futuro persoluendas, pro quibus sibi quedam pignora obligauit, cum quibus pignoribus Wernerus Zuluerberner et Ludeke de Molne cum predicto Detleuo pro huiusmodi pecunia coniuncta manu satisfacere promiserunt. Debent eciam dicta pignora esse tamquam actu prosecuta.
(Nicht durchstrichen.) *Invent. Steph. (Aug. 3.)*

Digitized by Google

Marquardus Rantzowe tenetur Gherhardo Basthorst et Hartwico Westerowen C XXIII marcas et IIII sol., in Carnispriuio proxime futuro persoluendas, pro quibus Ludeke de Molne cum ipso coniuncta manu fideiussit.
(Nicht durchstrichen.) *Assumpt. Mar. (Aug. 15.)*

Bertold van Ritzerowe tenetur Ghodeken Ghamme CCCC et VI marcas, in festo Pasche proxime futuro persoluendas, pro quibus Wernerus Zuluerberner et Ludeke de Molne cum ipso coniuncta manu promiserunt.
Assumpt. Mar. (Aug. 15.)

Bertoldus de Ritzerowe tenetur Ghodeken Ghamme CC et XXXV marcas, in festo Pasche proxime futuro persoluendas, pro quibus Ludeke van Molne et Hinricus Hidzakere coniuncta manu cum ipso promiserunt. *Decoll. Joh. (Aug. 29.)*

Bertoldus de Ritzerowe tenetur Euerhardo Paal C LXXXVII marcas, in festo Pasche proxime futuro persoluendas, pro quibus Wernerus Zuluerberner et Ludeke de Molne cum ipso coniuncta manu promiserunt. *(Nicht durchstrichen.)*
Decoll. Joh. (Aug. 29.)

Bertoldus de Ritzerouwe, armiger, tenetur Johanni de Ankhem CC et octoginta marcas lub. den., super festo Penthecostes proxime venturo amice persoluendas, pro quibus vna cum eo Nicolaus Stenbeke, aduocatus ciuitatis Lubicensis, Wernerus Suluerberner, Ludeco de Molne et Hinricus Hidzacker coniuncta manu fideiusserunt. *Mich. (Sept. 29.)*

Bertoldus de Ritzerowe tenetur pueris Hinrici Snûr et Dethleuo Snûr alias dicto Holste ad manus eorundem puerorum C marcas den., super proximo festo Pasche persoluendas, pro quibus vna cum eo Wernerus Suluerberner, Ludeco de Molne et Hinricus Hiddezacker coniuncta manu fideiusserunt.
Undecim mil. Virg. (Oct. 21.)

Bertoldus de Ritzerowe, armiger, tenetur Euerhardo Kansten, ciui Stokholmensi, CCCC marcas minus XV marcas lub. den., super festo Penthecostes proxime affuturo persoluendas, pro quibus vna cum eo Johannes vamme Haghene, Wernerus Suluerberner, Ludeco de Molne et Hinricus Hidzaker coniuncta manu fideiusserunt. Et si dictus Euerhardus tunc absens fuerit, extunc Johannes van dem Brincke potens erit subleuare dictam pecuniam et facere cancellari presentem scripturam tamquam creditor principalis.
Undecim mil. Virg. (Oct. 21.)

Hennekinus Rikebreyde, armiger, tenetur pueris Emekini de Bornstorpe, quondam aduocati comitisse Holtzacie, LXX quinque marcas lub. den., super festo sancti Michaelis proxime venturo persoluendas expedite, pro quibus

Digitized by Google

Nicolaus Stenbeke, aduocatus Lubicensis, et Johannes vamme Haghene coniuncta manu fideiusserunt. *Undecim mil. Virg. (Oct. 21.)*

Fredericus de Wantzenberg tenetur Hinrico Schonenberg juniori CC et L marcas sibi amicabiliter persoluendas, sic quod in festo Pasche proxime futuro sint integraliter persolute, pro quibus magister Johannes de Wantzenberg, frater eius, Wernerus Suluerberner, Ludeco de Molne et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt.

Später hinzugefügt: De ista pecunia quinquaginta marce sunt persolute. *(Nicht durchstrichen.)* *Sim. et Jud. (Oct. 28.)*

Detleuus de Tzule tenetur Ghoswino Klinghenberghe CC et XXI marcas den., in festo Natiuitatis beati Johannis Baptiste proxime futuro persoluendas, pro quibus Wernerus Zuluerberner, Ludeco de Molne et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt. *Sim. et Jud. (Oct. 28.)*

Dominus Vikko de Hidzaker, dictus Marschalk, tenetur Johanni Visbeke C et XLIIII marcas den., in festo Pasche proxime futuro persoluendas, pro quibus Volmarus Buxstehude, Wernerus Zuluerberner et Ludeco de Molne cum ipso coniuncta manu promiserunt.

Später hinzugefügt: Sciendum, quod Johannes Visbeke presens huic libro recognouit, sibi hanc pecuniam per Volmarum Buxstehude solum esse penitus persolutum, et ideo dimisit idem Johannes Visbeke heredes et prouisores dicti Volmari ab omni vlteriori impeticione penitus quitos et solutos.
(Nicht durchstrichen.) *Sim. et Jud. (Oct. 28.)*

Detleuus de Tzule tenetur Ottoni Slyk, torifici, centum et X marcas den., in festo beati Michahelis proxime futuro persoluendas, pro quibus Ludeco de Molne, Hermannus Ozenbrugghe et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt. *(Nicht durchstrichen.)* *Omn. Sanct. (Nov. 1.)*

Dominus Vikke de Hidzaker, dictus Marschalk, miles, tenetur Hermanno van der Molen octingentas et XIX marcas den., in festo Pentecostes proxime futuro persoluendas, pro quibus Nicolaus Stenbeke, aduocatus Lubicensis, Johannes van dem Haghene, Wernerus Zuluerberner, Ludeco de Molne et Hinricus Hidzaker vna cum dicto domino Vickone coniuncta manu promiserunt. *Wilhadi. (Nov. 8.)*

Henneke Rantzowe tenetur domino Conrado de Vrden LXVI marcas den., in festo Pasche proxime futuro persoluendas, pro quibus Ludeco de Molne cum ipso coniuncta manu fideiussit. *(Nicht durchstrichen.)* *Elisabeth. (Nov. 19.)*

Digitized by Google

Henneke Rantzowe tenetur Thiderico Nyenborg CC et X marcas den., in festo Pentecostes proxime futuro persoluendas, pro quibus Ludeke de Molne cum ipso coniuncta manu fideiussit. *Elisabeth. (Nov. 19.)*

Detleuus Gronowe tenetur Petro van der Boeken C et X marcas den., in festo beati Martini proxime futuro persoluendas, pro quibus Hinricus de Ydeste, Johannes Reynwerstorpe et Wernerus Zuluerberner cum ipso coniuncta manu promiserunt. *Elisabeth (Nov. 19.)*

Ghodschalcus de Tzule tenetur Deghenardo Berndes XLII marcas, Letare proxime futuro persoluendas, pro quibus Hinricus Hidzaker, Wernerus Zuluerberner et Ludeke de Molne coniuncta manu fideiusserunt. *Lucie. (Dec. 13.)*

Später hinzugefügt: Sciendum, quod anno LXXV, Egidij, dictus Deghenardus juxta librum istum recognouit, predictam pecuniam pertinere domino Alberto Groten, proconsuli Stockholmensi, ita quod, cum sibi pretacta pecunia persoluta fuerit, presens scriptura deleatur. *(Nicht durchstrichen.)*

Bertoldus de Ritzerowe tenetur Hermanno Bodenwerder CC et LX marcas den., in festo Assumpcionis beate Marie persoluendas, pro quibus Ludeke de Molne, Wernerus Zuluerberner, magister Johannes de Wantzenberg et Hinricus Hidzaker coniuncta manu promiserunt cum eodem. *Thome. (Dec. 21.)*

Fredericus de Wantzenberg tenetur Hinrico de Essen et Johanni van Holte CCXXXIX marcas den. lub. minus XIIII den., in festo Pasche proxime futuro persoluendas, pro quibus magister Johannes de Wantzenberg, notarius ciuitatis, frater eius, et Wernerus Zuluerberner cum ipso coniuncta manu promiserunt. *(Nicht durchstrichen.)* *Thome. (Dec. 21.)*

Dominus Hinricus Brûkdorpe, miles, tenetur domino Arnoldo Zuderland CCC et XXX marcas, in festo Natiuitatis Christi nunc proxime futuro vltra vnum annum persoluendas, pro quibus Nicolaus Steenbeke, aduocatus, Johannes Hammaa senior et Henneke Hamma juuenis cum ipso coniuncta manu promiserunt, et ista pecunia est eadem, super qua idem dominus Hinricus dicto domino Arnoldo dedit suam litteram sigillatam sigillo suo et dominorum Keyonis et Breydonis Rantzowe et Nicolai Brûkdorp.

Später hinzugefügt: Sciendum, quod de ista pecunia sunt CC et XX marce persolute. *Thome. (Dec. 21)*

Marquardus Rantzowe, filius domini Struuen, tenetur magistro Arnoldo Ceppenhagen et Elero torifici XLIII marcas den., in festo Natiuitatis proxime futuro vltra annum persoluendas, pro quibus Ludeco de Molne et Wernerus Zuluerberner cum ipso coniuncta manu promiserunt. *Thome. (Dec. 21.)*

Digitized by Google

Bertoldus de Ritzerowe tenetur Hinrico de Essende CCC et XLI marcas, in festo Pentecostes proxime futuro persoluendas, pro quibus Johannes van dem Haghene, Johannes Hammaa senior, Hinricus Hidzaker, Ludeke de Molne cum ipso coniuncta manu promiserunt. *Thome. (Dec. 21.)*

CCXLVI.

Der Rath von Lübeck schreibt an den Herrn Joachim Gans von Putlitz wegen der Gefangennehmung seines Vaters. O. J. (Frühestens 1375.) Febr. 18.[1]

Nobili et generoso domino, domino Joachim Gans, domino terre Pudlest, nostro fautori benigno, pronam in singulis gratuitis obsequendi complacendique voluntatem. Recepimus honorifice ac intelleximus satis clare nobilitatis vestre litteras, querimoniam contra Nicolaum Stolp, nostrum conciuem, continentes, dominacioni vestre presentibus rescribentes, quod idem Nicolaus, conciuis noster, ad presens domi non existit, vnde, cum primitus domi reuersus fuerit, sibi vestre littere tenorem exponemus, et, si velitis eum super aliquo incusare, nos volemus ipsum vobis ad iusticiam statuere, quod facere debeat vobis coram nobis ea, que dictauerit ordo nostri juris. Preterea super eo, quod scribitis de captiuitate domini patris vestri, rescribimus vobis iterum, ut prius fecimus, quod tempore illo fuit apud nos Lubeke pater vester, quem bene pertractauimus et sibi ad reuerenciam fecimus melius, quod potuimus, et recessit a nobis amicabiliter et caritatiue, sed quod postea, quando a nobis recesserat, captiuatus fuit per illum Bardewijk, hoc dolenter tulimus et adhuc ferimus, monit (l. *nouit*) deus. Nec nostra interest, quoslibet homines ciuitatem nostram exeuntes a suis imminentibus periculis preseruare. Nichilominus dictum Bardewijk propter bonum patris vestri dehinc ad ciuitatem nostram assecuraueramus et laboraueramus pro redempcione captiuitatis sue, prout melius potuimus, de quo quippe potius grates quam indignaciones merito reportare deberemus. Ideoque rogamus vestram nobilitatem quam attente, quatinus nos in premisso facto dignemini habere excusatos, ex quo in eo nullam culpam habemus, et eciam vobiscum non aliud scimus quam pacem et mere bonum. Datum die dominica in Carnispriuio, nostro sub secreto.

Consules ciuitatis Lubicensis.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 53b.

1) Das Schreiben ist in dem Copiarius das letzte in einem Abschnitte. Das vorhergehende ist am 6. October 1374 geschrieben (№ 241); Gleichheit in der Dinte und der Handschrift lassen vermuthen, dass das zweite nicht lange nach dem ersten eingetragen ist.

Digitized by Google

CCXLVII.

Honestis et circumspectis viris, consulibus in Luchowe, nostris amicis quam dilectis, consules ciuitatis Lubicensis salutem et omne bonum. Nouerit vestra sollercia, quod comparens coram nobis dominus Hermannus Pegelowe, presbiter, nobis exposuit, quomodo, dum ipse nuper coram vobis et aliis legalibus viris seriem facti per quendam Hermannum Dannenbergh nobiscum Lubeke perpetrati proposuisset et se de sinistra suspicione, qua, vt asserit, ex parte eiusdem Hermanni suspectus habeatur, excusasset, idem Hermannus post recessum ipsius domini Hermanni et in absencia sua detraxerit sibi et honori suo, in presencia vestra et multorum aliorum narrans, omnia per pre-

Digitized by Google

dictum dominum Hermannum contra eum in hac causa proposita esse ficta et non vera et se fore omnium horum innocentem omnino. Vnde dictus dominus Hermannus nobis humilime supplicauit, quatinus pro honoris sui defensione propter Deum et iusticiam vobis rei entitatem super huiusmodi facto scribere dignaremur. Quare, veritatem atque iusticiam minime occultare volentes, vobis et singulis, qui presentes litteras viderint seu audierint, earundem testimonio notificamus et insinuamus, predictum Hermannum Dannenbergh propter diuersimodum furtum, quod ipse cum sociis suis in ciuitate nostra perpetrauit, nobiscum et in nostro bannito judicio esse proscriptum pleno iure et duos ex societate eiusdem propter idem furtum, quod ipsi cum eo commiserant, penam suspendij pertulisse. Ideoque rogamus vos affectuose, quatinus prefatum dominum Hermannum Pegelowe in premissis excusatum et in suis iustis causis promotum habere velitis, predictum Hermannum Dannenbergh, furem et proscriptum nostrum, ammodo vobiscum et in terminis vestris non fouendo aut sustinendo et sic in hoc vobis *(sic)* exhibendo, vt vobis proinde ad vberiores teneamur graciarum actiones Datum anno Domini Mº CCCº LXXº VIº, die sancti Vrbani pape, sub secreto nostro presentibus in premissorum testimonium appresso.[1]

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 84a.

---

1) Unmittelbar vorher steht, durchstrichen, also nicht abgesandt, eine andere Redaction dieses Schreibens (Mai 21), welche in manchen Beziehungen näher in die Sache eingeht und interessanter ist. Sie lautet:

Prudentibus viris et honestis proconsulibus et consulibus in Lůchowe, nostris amicis quamdilectis, consules ciuitatis Lubicensis gaudium et omne bonum. Honestatem vestram agnoscere cupimus palam protestantes in hiis scriptis, quod comparens coram nobis discretus vir, dominus Hermannus Peghelowe de Lůchowe, presbiter Verdensis dyocesis, nobis exposuit, quomodo nuper, dum ipse vna cum amicis suis coram vobis et nonnullis alijs legalibus viris in capella beate Marie virginis in Luchowe constitutus ad excusandum se et honorem suum vobis et ipsis seriem facti, quo ipse alias ex suspicione nephande et peruerse societatis vinculis nostre ciuitatis mancipatus fuerat, enarrasset et culpam huiusmodi vinculacionis suo cuidam Hermanno Dannenbergh dicto Tepelke vobiscum moram trahenti imposuisset, idem Hermannus Dannenbergh post recessum domini Hermanni a Luchowe et in absencia sua in presencia vestra et multorum bonorum hominum sibi et honori suo grauiter detraxerit, false narrans, omnia, que dictus dominus Hermannus Pegelowe contra eum in hac causa protulisset, esse ficta et non vera et se fore omnium horum omnino insontem. Vnde idem dominus Hermannus Pegelowe nobis humili precum instancia supplicauit, quatinus propter Deum et iusticiam pro defensione honoris sui vobis rei entitatem de premisso facto scribere dignaremur. Quare, veritatem et iusticiam minime occultare volentes vobis et singulis, qui presentes litteras viderint seu audierint, earundem testimonio notificamus et insinuamus, predictum Hermannum Dannenbergh propter diuersimodum furtum, quod ipse cum sociis suis in ciuitate nostra perpetrauit, nobiscum et in nostro bannito judicio esse proscriptum pleno iure et duos ex societate eiusdem propter idem furtum, quod ipsi cum eo commiserant, penam suspendij pertulisse. Dictus quoque dominus Hermannus Pegelowe ex sinistra suspicione contra eum, tunc tamen non constitutum in sacerdocio, mota et orta, quia cum dicto Hermanno Dannenbergh tamquam suo compatriota sepius ante conuersatus fuerat, vinculis nostre ciuitatis mancipatus fuit et detentus et postea declarata sua innocencia ereptus et liber dimissus, dicto Hermanno Dannenbergh profugo facto et remanente in culpa. Quocirca vestram prudenciam presentibus instantissime flagitamus, quatinus instiolo ac nostri amoris contemplacione dictum

Digitized by Google

CCC.

Der Rath von Lübeck zeigt dem Rathe von Soest an, dass der Lübeckische Bürger Johannes Gronre einige ihm pfandweise gehörenden Grundstücke in der Nähe von Soest an den Lübeckischen Bürger Johann Warendorp verkauft habe. 1376. Mai 29.

Honorabilibus et prudentibus viris, dominis judici, scabinis et consulibus ciuitatis Sosaciensis, amicis nostris preamandis, consules ciuitatis Lubicensis constanciam honoris et salutis. Prudencie vestre notificamus limpide testificantes in hijs scriptis, quod constitutus in presencia nostra Johannes Gronre, noster conciuis dilectus, nobis exposuit assertiue, se habere ac possidere titulo et nomine pigneris ortum vnum et nonnullos agros prope ciuitatem vestram sitos, sibi per quemdam Tydemannum Ramp pro certa pecuniarum summa coram vobis et in judicio vestro realiter obligatos et inpigneratos. Quos quidem ortum et agros recognouit se Johanni Warendorp, conciui nostro, presencium ostensori, legitime vendidisse, vnde ipsos et omne ac totum jus, quod in eis habebat iuxta continenciam litterarum vestri judicis insuper datarum et vestro ac dicti Thidemanni sigillis munitarum, dicto Johanni sponte et publice, ore ac manu, coram nobis legitime dimisit et resignauit, ita quod illis libere et secundum omnem modum juris et vtilitatis, vti possit et debeat, quemadmodum illis dictus Johannes Gronre vtebatur et vti poterat et sicuti sibi ante liberius pertinebant. Ideoque vestre honestati ac amicicie presentibus affectuose supplicamus, quatinus pretactum ortum et agros dicto Johanni Warendorp, nostro conciui, assignari et asscribi faciatis, vt illis et eorum juri ac vtilitati perfrui valeat libere et sine quouis impedimento, sicut illos antea dictus Johannes Gronre habebat, sic in hoc vos exhibendo, quomodo in pari vel maiori per nos fieri velletis viceuersa. Datum anno Domini M CCC LXX sexto, in octaua Ascensionis Domini, sub secreto nostro presentibus in premissorum testimonium deforis impresso.

Nach dem Brief-Copiarius Fol. 84a.

---

dominum Hermannum Peghelowe excusatum habere velitis in premissis, ipsum in sua iusticia defensando, et quod sepedictum Hermannum Dannenberg, furem et proscriptum nostrum, ammodo vobiscum et in terminis vestris non velitis sustinere aut fouere, sic in hoc vos[1] exhibendo, vt vobis et vestris in pari uel maiori ad vberiores proinde teneamur graciarum actiones. Datum anno Domini millesimo CCC LXX sexto, in vigilia Ascensionis Domini, sub secreto nostro presentibus dorsaliter impresso in recongnicionem et euidens testimonium premissorum.

1) Auch hier stand wie in dem andern Schreiben ursprünglich *vobis*, es ist ausgestrichen und *vos* übergeschrieben.

Digitized by Google

CCCI.

Heinrich von Crummesse, Sohn des Heinrich, und Johannes von Crummesse, Vormund desselben und seiner Brüder, verkaufen dem Johann Schepenstede, Rathmann in Lübeck, und dem Eberhard Pauli, Bürger daselbst, die Hälfte des Dorfes Gr. Schenkenberg für 160 mẞ Lüb. Pf. unter Vorbehalt des Rückkaufs. 1376. Jun. 13.

Omnibus presencia visuris seu audituris Hinricus de Crummesse, filius Hinrici de Crummesse, quondam morantis in Clempowe, et Johannes de Crummesse, tutor seu prouisor ‖ dicti Hinrici et suorum fratrum, armigeri, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus et publice protestamur, nos vnanimi consilio et consensu nostrorum ‖ heredum proximorum nec non omnium illorum, quorum consensus ad hoc fuerat requirendus, rite et racionabiliter vendidisse, dimisisse et resignasse titulo iusti emologij discretis ‖ et honestis viris, domino Johanni Schepensteden, consuli Lubicensi, et Euerhardo Pauli, ciui ibidem, ipsorumque veris heredibus et sequacibus presentes litteras habentibus pro centum et sexaginta marcis lubicensium denariorum nobis per ipsos integraliter persolutis et in vsus nostros necessarios omnimode expositis et conuersis nostram dimidiam villam Groten Schenkenberghe dictam, in parrochia Crummesse sitam, ad habendum, tenendum et possidendum et ad faciendum cum ea, quidquid decreuerint, vtpote agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, lignis, nemoribus, rubetis, aquis aquarumque decursibus, piscarijs, stangnis, instangnacionibus, distinctionibus terminorum, vt nunc dicta bona iacent, cum omni proprietate, commoditate et libertate, emolimentis, fructibus, redditibus et prouentibus omnibus inde deriuantibus ac omnibus et singulis suis appertinencijs et condicionibus, ac cum omni iure, prout nobis et nostris progenitoribus prescripta bona hactenus liberalius pertinebant. Promisimus eciam et presentibus promittimus bona fide pro nobis et nostris heredibus domino Johanni et Euerhardo predictis et eorum heredibus ac sequacibus presentes litteras habentibus predicta bona warandare ac libertare et disbrigare ab omni impeticione quorumcumque hominum iuri et iudicio stare volencium sub nostris laboribus et expensis, reseruata tamen nobis Hinrico et Johanni dictis de Crummesse prescriptis et nostris heredibus tali gracia et facultate, quod predictam dimidiam villam cum omnibus suis appertinencijs, vt premittitur, singulis annis in die natiuitatis Johannis Baptiste vel octo dies post festum

Digitized by Google

eiusdem beati Johannis reemere possimus pro prescriptis centum et sexaginta marcis lubicensium denariorum, quas nos aut nostri heredes domnoi Johanni Schepensteden et Euerhardo Pauli predictis aut eorum heredibus uel sequacibus presentes litteras habentibus intra ciuitatem Lubicensem persoluere et erogare teneamur expedite. Et tunc temporis redditus et pensiones in huiusmodi bonis inueniemus ipsos totaliter subleuandos, sed dominus Johannes ac Euerhardus predicti aut eorum heredes redditus et pensiones dicte dimidie ville proximo festo sancti Johannis anno de presenti totaliter in dictis bonis inuenient et eos percipient et habebunt expedite. Quam quidem reempcionem facere dum decreuerimus, hoc domino Johanni et Euerhardo predictis et eorum heredibus et sequacibus presentes litteras habentibus per spacium integri dimidij anni preinante reuelabimus publice et notorie predicemus; sed infra tres annos a proximo festo sancti Johannis Baptiste continue numerandos huiusmodi bona nullatenus reemere seu redimere debeamus. Ceterum, si nos aut nostri heredes predicta bona ad hereditariam vendicionem vendere voluerimus, interim quod predicti dominus Johannes Schepenstede, Euerhardus Pauli et eorum heredes predictis bonis vtuntur, extunc eadem bona nulli alteri nisi ipsis, videlicet domino Johanni et Euerhardo predictis ac eorum heredibus et sequacibus presentes litteras habentibus, pro tali pecunie summa, quam soluere poterint, vendere debeamus, sic quod ipsi dominus Johannes Schepenstede, Euerhardus Pauli et eorum heredes et sequaces presentes litteras habentes proximi debent esse ad emenda predicta bona in hereditaria empcione. Omnia et singula premissa coniuncta manu et insolidum vna cum subscriptis nostris compromissoribus data fide promittimus per presentes rata et firma tenere et obseruare dolo et fraude preexclusis. Et nos Detleuus de Parkentyn, Eghardus de Crummesse, milites; Marquardus de Crummesse, Detleuus de Crummesse, filius Hennekini de Crummesse alias dicti Cappelle, Vicko de Crummesse, Detleuus et Hinricus fratres dicti de Gronowe, famuli, recognoscimus per presentes, nos vna cum predictis Hinrico et Johanne dictis de Crummesse coniuncta manu et insolidum prestita fide compromisisse predictis domino Johanni Schepensteden, Euerhardo Pauli et eorum heredibus ac sequacibus presentes litteras habentibus et ad ipsorum fideles manus honestis viris, dominis Thome Morkerken et Gherardo de Atendorn, consulibus Lubicensibus, omnia et singula premissa firmiter et inuiolabiliter obseruare sine contradictione qualicunque et absque alicuius iuuaminis racione. In quorum omnium et singulorum premissorum euidens testimonium nos Hinricus et Johannes dicti de Crummesse

Digitized by Google

prescripti sigilla nostra vna cum sigillis dictorum nostrorum compromissorum concorditer et ex certa nostra sciencia presentibus duximus appendenda. Datum sub anno Domini M̊ CCČ LXX sexto, in crastino festi Corporis Christi.

Nach dem Original im Gutsarchiv zu Schenkenberg. Mit noch anhangenden Siegeln des Hinrich von Crummesse und des Detlev von Crummesse; die übrigen Siegel fehlen. Die Siegelbänder sind sämmtlich vorhanden.

CCCII.

Herzog Erich III. von Sachsen, Westphalen und Engern bestätigt den vorstehenden Verkauf. 1376. Jun. 13.

In nomine Domini amen. Vniuersis et singulis presencia visuris seu audituris nos Ericus, Dei gracia senior dux Saxonie, Westfalie et Angarie, salutem in Domino. ‖ Tenore presencium recognoscimus et protestamur publice per presentes, quod constituti in nostra presencia strennui famuli, fideles nostri, Hinricus de Crummesse, filius Hinrici de ‖ Crummesse, quondam morantis in Clempowe, et Johannes de Crummesse, tutor seu prouisor dicti Hinrici de Crummesse et suorum fratrum, qui de consensu et beneplacito ‖ nostro et nostrorum consiliariorum ac suorum heredum proximorum necnon omnium illorum, quorum consensus ad hoc fuerat requirendus, rite et racionabiliter vendiderunt et coram nobis legitime resignauerunt titulo iusti emologij discretis viris, domino Johanni Schepensteden, consuli Lubicensi, et Euerhardo Pauli, ciui ibidem, ipsorumque veris heredibus et sequacibus presentes litteras habentibus pro centum et sexaginta marcis lubicensium denariorum ipsis integraliter persolutis et in vsus eorum necessarios omnimode expositis et conuersis, veluti coram nobis asseruerunt, ipsorum dimidiam villam Groten Schenkenberghe dictam, in parrochia Crummesse sitam, ad habendum, *(mut. mut. wörtlich gleichlautend mit der vorigen Urkunde bis)* pertinebant, reseruata tamen predictis Hinrico *(das folgende wiederum mut. mut. gleichlautend mit der vorigen Urkunde bis)* proximo sancti Johannis Baptiste continue numerandos. Hec omnia premissa consentimus, ratificamus et approbamus in hijs scriptis. Quare pro euidenti testimonio omnium premissorum maius sigillum nostrum ex certa nostra sciencia atque iussu presentibus est appensum. Datum et actum in castro nostro Bergherdorpe, anno Domini M̊ CCČ LXX sexto, in crastino festi Corporis Christi, presentibus nostris fidelibus Johanne Staken et Nicolao Parkentyn ac quam pluribus alijs fidedignis testibus ad premissa rogatis specialiter et vocatis.

Nach dem Original im Gutsarchiv zu Schenkenberg. Mit anhangendem, nur wenig verletztem Reitersiegel des Herzogs.

Digitized by Google

CCCIII.

Die Stadt Zieriksee erklärt, dass sie den zwischen König Waldemar von Dänemark und den Hansestädten, namentlich auch wegen der Schlösser auf Schonen, abgeschlossenen Vereinbarungen beitrete und die deshalb getroffenen Bestimmungen beobachten wolle. 1376. Jun. 17.

Witlik sy al den ghenen, de dessen breef seen ofte horen lesen, dat wi burghmeistere vnde scepene tho Zerixzee bekennen vnde betughen | openbare in desser scrift, dat wi alle de handelinghe vnde dedinghe, die in voortiden twisschen itzwanne hern Woldemare, | koningh tho Denemarken, vnde deme rike, ertzebiscoppe, biscoppe, ridderen, houetmanne vnde des suluen rikes raetghe|ueren, van der eynen zide, vnde den meynen zeesteden vnde vns, van der anderen zide, ghemaket, ghescreuen vnde bezeghelt sint, beide vmme de eewighen zone vnde vmme die slote vppe Schone, myt al den articlen, de daaran vtghedrucket sint, steide, vast vnde vntebroken holden willen myt den erluchtighen vorsten vnde hern, heren Olaue, konyngh tho Denemarken, vnde sine rike, also wy de myt den vorbaren konynghe Woldemare, sinen oldervader, gheholden scolden hebben na vtwisinghe vser openen breue, de wi eme daar vp ghegheuen hadden, wtghenomen jodoch alzo vmme den kore des konynghs vnde dat slot tho Wartbergh, dat myt reden wille der stede ouerghegheuen is. Vnde tho orkunde ende meerrer bewaernesse desser vorscreuenen stucke so hebben wy vnser stede zeghel an dessen breue ghehanghet, die ghegheuen vnde ghescreuen is tho Zerixzee, in den jare vns heren Godes drittenhundert sesse vnde tseuentich, vp den zeuentienden dach der maent, die ghenaemt is Junius.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel.

CCCIV.

Claus und Liborius Crummendik erklären ihre Streitigkeit mit der Stadt Lübeck wegen eines Knechtes ihres verstorbenen Vaters Burchard für ausgeglichen und sich durch die Zahlung von 30 mɫ befriedigt. 1376. Jun. 18.

Wy Clawes vnde Lyboryes, brodere, gheheten Crummendik, kindere etwendes Borchardes Crummendik, dőt wytlik al den ghenen, || de dessen bref seen ofte horen, openbare tho betughene, dat al de schelinghe vnde twedracht, dese was twyschen den er|liken mannen, heren borghermesteren vnde ratmannen

Digitized by Google

van Lubeke, van der eynen siden, vnde vnsen vader Borcharde vnde vns, ‖ van der anderen siden, gansliken vnde vruntliken ghesonet, endet vnde lendet sint by den erbaren mannen, hern Bertramme Vorrat, borghermeystere tho Lubeke, vnde Wulf Ricstorpe, dar vnse vader, do he leuede, der zake gans thogan vnde by bleuen was, vnde we nv na myt wller macht, vmme dat gheschichte van sines knechtes vnde deners weghene Speckines twyschen Lubeke vnde Hamborch, in desser wyse, dat de vorbenomeden ratmanne van Lubeke vns scholden gheuen, also see hebben ghedan, dryttich mark lubesch, de wy van em rede hebben vpghebort, vnde de se vns gansliken tho danke wol wllenkomentliken bytalet hebben. Hirvmme so late wy vor vns vnde al vnse eruen de zuluen hern ratmanne van Lubeke van desser vorbenomeden sake quijt vnde los, alzo dat wy ofte vnse eruen nicht meer hir vp saken ofte spreken willen. Vnde ik Nicolaus anders gheheten Meseke Crummendik, ridder, loue hir an gůden truwen myt sameder hant en myt mynen vedderen Clawese vnde Lyboryes vorbenomet al desse vorscreuene stucke vastliken tho holdene, vnde ok vor mynen junghen vedderen Bosseken, eren broder, dat he ok al desse stuke vnthobroken holden schal stede vnde vast. Vnde des hebbe wy Clawes, Lyboryes vnde Meseke tho merer bytughenisse vnse ingheseghele vor dessen bref ghehenghet, de gheuen is tho Lubeke in den jaren Godes drytteynhundert vnde ses vnde zeuentighesten, des mydweken na sunte Vites daghe des hilghen marteleres.

Nach dem Original auf der Trese. Mit den drei anhangenden Siegeln. Vgl. Siegel des M.-A. Heft. 5. p. 54.

CCCV.

Erich der Aeltere und Erich der Jüngere, Herzoge von Sachsen, Engern und Westphalen, Heinrich II., Nicolaus und Adolph VII., Grafen von Holstein und Stormarn, Otto, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, und die Städte Lübeck und Hamburg erneuern den 1374 geschlossenen Landfrieden. 1376. Jun. 24.

In Godes namen amen. Wy Erik de oldere vnde wy Erik de junghere, van Godes gnaden hertoghen to Sassen, Engheren vnde Westfalen, vnde wy Hinrik vnd Clawes, brodere, vnd Alf, ere vedder, ‖ van den suluen gnaden greuen to Holsten vnd to Stormern, vnd wy Otto, greue to Holsten, to Stormern vnd to Schowenborgh, vnde wy radmanne vnd borghere der stede

Digitized by Google

Lubeke vnd Hamborgh, | bekennen vnd betughen in dessem openen breue, dat wy mit gantzer eendracht vnd vrihem willen den landfrede, den wy eer ghemaked hebben, alse hirna gheschreuen volghed, van desser tijd | an, alse desse ieghenwardeghe bref ghegeuen is, wente to sûnte Micheles daghe neghest tokomende vord ouer twe jaar vorlenghed hebben vnde vorlenghen myt dessem ieghenwardeghen breue, vnde louen den truweliken vnde vaste to holdende sunder arghelijst in alle der wise, alse he êr begrepen is, de van worde to worde luded aldus: *(Folgt die Urkunde № 219).* Were auer desser vorbenomeden heren edder stede welk, de in desseme vorschreuenen vorlengheden landfreden nicht mede an wesen en wolden, dar mede en scholen desse ieghenwardighen breue vnde handelinghe nicht ghebroken wesen, men se scholen allikewol mangh den andern heren vnde steden, de se beseghelen, in alle erer maght, alse se begrepen sin, bliuen. Alle desse vorschreuenen stucke loue wi heren vnde stede vorbenomed vnde vser iewelgh dem andern in ghuden truwen stede, vaste vnde vntobroken to holdende sunder arghelijst, vnde hebben des to merer bekandnisse vnde betughnisse vse ingheseghele an dessen ieghenwardighen bref laten henghen, de ghegheuen vnde gheschreuen is to Lubeke, na Godes bord dritteynhunderd iaar in dem sesvndseuentighestem iare, vppe sunte Johannis daghe Baptisten to mydden zommer.

Nach einer unbeglaubigten Ausfertigung auf der Trese.

CCCVI.

Adolph VII., Graf von Holstein und Stormarn, bestätigt den von dem Knappen Marquard von Moisling, dem Ritter Johann Hummersbuttel und dem Knappen Volrad von Tralow geschehenen Verkauf ihres Antheils an den Dörfern Moisling, Niendorf und Reecke nebst dem Hofe zu Moisling an Hermann von Osnabrück, Rathmann in Lübeck. 1376. Jul. 13.

In Godes namen amen. Wij Alf, van des suluen gnaden greue to Holsten vnde to Stormeren. Bekennen vnde betûghen openbare in desme yeghenwardighen breue vor alle den ghennen, | de en seen ofte horen, beyde yeghenwardighen vnde tokomenden, dat in vser yeghenwardicheyd hebben ghewesen vse leuen ghetruwen manne, Marquard van Møyslinge, Seghebandes soen | van Møyslinge, knape, houetman in den saken, de hir na ghescreuen stan, her Johan Hummersbøtele, ridder, vnde Volrad van Tralowe, knape,

Digitized by Google

vnde hebben mit vser vnde vser eruen | vnde nakomelinghen volborde vnde willen vnde mit vser truwen radgheuere beheghelicheyd vnde mit erer eruen vnde neghesten volborde vnde vriehem willen rekkeliken vnde redeliken verkoft vnde ghelaten vnde mit hande vnde mit mûnde vor vs eeliken opghelaten deme erliken manne, hern Hermanne van Osenbrugge, radmanne to Lubeke, vnde sinen rechten eruen vnde nakomelinghen vor eyne wisse summen gheldes, de en, alse se vor vs bekand hebben, wol na eren willen betaled is, vnde de se van eme vntfanghen vnde opghebored vnde in ere vnde erer eruen notroftlike nûd vtgheleghed vnde ghekered hebben, sodane ghût beleghen in den dorpen Møyslinge, Nyendorpe vnde Reke, mit deme houe to Møyslinge, dat deme vorbenomeden Marquarde van Møyslinge tobehorede van rechtem erne, vnde dat sine elderen vnde he van vs to leene hadden vnde beseten hebben, vnde dat den vorbenomeden hern Johanne vnde Volrade tobehorede to weddeschatte, alse en dat de sulue Marquard vor vs vnde mit vser volbord vor dusent lubesche mark ghesad hadde. Dit vorbenomede ghût hebben se deme suluen hern Hermanne, synen eruen vnde nakomelinghen aldus verkoft vnde verlaten mit alle sinen tobehoringhen, alse mit höuen vnde ackere, ghebûwet vnde vnghebuwet, mit wissche, weyde, bröke, möre, torue, mit holte, busschen, stûden, mit water, waterlope, waterstowinghe, vleten, springhen, mit molen, dyken, visschen, visscherien, mit den weghen, inweghen vnde vtweghen, mit den enden vnde landscheden, alse dat mit der grûnd in sinen veltmarken vnde schedinghen begrepen vnde beleghen is vnde beleghen heft ghewesen van oldinges, vorder mit allem rechte vnde richte, hoghest, alse in hals vnde in hand, vnde sidest, vnde mit allen richten, de dar en tûsschen sint, vortmer mit allem eyghendome, beyde rechte vnde nûtte, mit allem denste vnde bede, mit alle deme, dat dar to hored, den mynnesten vnde den mesten, vnde sonderliken mit der allervollenkomensten vrieheyd vnde besittinge, alse dat deme vorbenomeden Marquarde, synen elderen vnde vorvaren allervriest tobehored heft vnde alse se dat vriest beseten hebben. Dit vorsprokene ghût hebben de vorbenomede Marquard, her Johan vnde Volrad deme vorscreuenen hern Hermanne, synen eruen vnde nakomelinghen ghewared vnde schullen id en waren in ewighen tiden van aller ansprake eynes yewelkens, de vor recht komen wil, vnde hebben verlaten vnde verteghen vor vs alles eyghendomes, alles weddeschattes vnde alles rechtes, dat se vnde ere eruen vnde nakomelinghe an deme suluen gude hadden vnde yenigherleye wijs in tokomender tijt hebben mochten, sonder alle nye vûnde vnde helperede alles rechtes, beyde

Digitized by Google

gheystlikes vnde werlikes, vnde ane alle arghelist. Hirvmme wij greue Alf vorbenomet, vmme sonderlikes denstes willen, den vs de dickenomede her Herman van Osenbrugge bewiset heft, hebbe wij dat vorscreuene ghut to Moyslinge, Nyendorpe vnde Reke beleghen mit dem houe to Moyslinge vnde mit allen tobehoringhen des suluen gudes, alse vorscreuen is, em vnde sinen rechten eruen vnde nakomelinghen gheeyghened vnde opghelaten, laten vnde oplaten in desme yeghenwardighen breue mit allem eyghendome, mit aller anwardinge vnde anvalle, mit aller vrieheyd, mit aller nůt vnde need vnde mit allem rechte to eynem rechten eruekope vnde to erueliker besittinge, dat se des brůken schullen vnde moghen vri, vredeliken, makelken vnde sonder alle hinder vser, vser eruen vnde nakomelinghe, also dat se dat vergheuen, verkopen, verwesselen, veranderen vnde in andere personen, gheystlike ofte werlike, ouersetten vnde anders, alse id en euene kompt, dar mede don vnde schicken moghen, sonder nye volbord vnde esschinge vser eder vser eruen ofte nakomelinge noch yenighes anders darto to donde. Vortmer ne schullen de vorbenomede her Herman, syne eruen ofte nakomelinge eder ere landseten, de to tiden in dem vorscreuenen gude sitten, vs, vsen eruen vnde nakomelinghen eder anders yemande van den vsen to neneme denste noch to yenigher bede, ghifte ofte ghaue, schote eder beschattinge, noch to vőre noch to yenigherleye beswaringe yenigherleye wijs plichtich wesen. Des hebbe wij verteghen vnde verlaten, vertien vnde verlaten in desser yeghenwardighen scrift van allem eyghendome, van aller anwardinghe vnde anvalle vnde van allem rechte, dat vs, vsen eruen vnde nakomelinghen tobehorede ofte tobehoren mochte yenigherleye wijs an dem vorbenomeden gude. Wered ok, dat Got verbede, dat yenich orloghe, twidracht eder schelinge vntstůnde tusschen vs, vnsen mannen, landen ofte luden, an eyne syde, vnde den borgheren ofte stad to Lubeke, an de anderen side, dat ne schal dar nicht an schelen, ok ne schal dar nicht wederstan yenich ordel, vervestinghe, bod ofte beed yenighes richters, gheystlikes eder werlikes; de vorbenomede her Herman, syne eruen vnde nakomelinge schullen vnde moghen des vorscreuenen gudes vnde alle siner tobehoringe mit aller nůd vnde need, mit aller rechticheyd vnde vrieheyd vnde in aller wise, alse vorscreuen steyt, brůken in ewighen tiden vnbeworren, also dat he vnde de syne dat sulue ghůt, beyde korn vnde alle ander ghůt, wat dar to hored, schullen vnde moghen vůren, beyde to lande vnde to watere, war se willen, vnde anders darmede don vnde schicken, wes se to rade werden, sonder vse, vser eruen vnde nakomelinghe, vser voghede vnde amptlude

Digitized by Google

vnde alle der vser wederstand, wedersprake vnde hinder. To merer betûchnisse vnde wisser bewaringhe alle desser vorscreuenen dinghe so hebbe wy mit willen vnde mit witschop vor vs vnde vse eruen vnde nakomelinghe vse grote ingheseghel an dessen bref laten hanghen, de ghegheuen is to Plône, na Godes bord drûtteynhundert iare in deme sesvndeseuentighesten iare, in sente Margareten daghe der hilghen joncvrowen. Hir hebben an vnde ouer gheweset dee erliken lude her Goschalk anders gheheyten Keye, her Woldemar anders gheheyten Breyde, brodere, gheheyten van Rantzowe, riddere; Henneke Breyde, hern Marquardes soen, Hinrik Block, Hinrik Steen, Eler Kale, Ludeke van der Wensyn, Otto Dûrenberch, vse ghetruwen manne; her Herman Dûsekop, kerkhere to Odeslo, her Hinrik Nyding, vicarius to sente Johans tem vrowen closter to Lubeke, vnde vele anderer truwardigher lude, de hirto to tûghe gheropen vnde gheboden wûrden.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem wohlerhaltenem Siegel.

CCCVII.

Die Brüder Bertram und Goswin von Klingenberg überlassen dem Bischof Heinrich von Ratzeburg die ihnen zustehenden Einkünfte aus neun Hufen in dem Dorfe Blusme. 1376. Jul. 31.[1]

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi seu audituri, quod nos Bertramus et Gotzlinus, fratres dicti de Klingenberghe, filii quondam felicis memorie Wedekini de Klingenberghe, consulis Lubicensis, matura deliberacione ac tractatu diligenti prehabitis nostris cum amicis, de et cum ipsorum consilio et beneplacito justo empcionis et vendicionis titulo rite et racionabiliter vendidimus reuerendo in Christo patri ac domino Henrico, episcopo Raceburgensi, pro se et suis successoribus, episcopis Raceburgensibus, a nobis legitime comparanti, ac eciam in manibus suis dimisimus et dimittimus per presentes bonorum nostrorum redditus decem talentorum et unius modii hordei et decem et octo talentorum avene cum omni jure, judicio, proprietate, libertate et fructu et ceteris utilitatibus et condicionibus, prout eos et ea in nouem mansis nostris ville Blusme et ipsorum attinenciis hucusque nos et nostri pro-

1) Die Ablösung dieser zweien Lübeckischen Bürgern zustehenden Einnahmen hängt mit der Ueberlassung des ganzen Dorfes Blusme durch den Ritter Danquard von Bülow an den Bischof Heinrich von Ratzeburg zusammen. Vgl. Masch, Gesch. d. Bisth. Ratzeburg. S. 277, 278.

Digitized by Google

genitores habuimus et jure hereditario ad nos deuenerunt legitime, pro ducentis marcis denariorum lubicensium nobis in promtis et immutatis pecuniis integraliter persolutis ac in usum nostrum necessarium penitus conuersis. Insuper promisimus et promittimus bona fide et in solidum per presentes dicto domino episcopo et suis successoribus plenam warandiam dictorum bonorum, reddituum et mansorum necnon omnium et singulorum superius expressorum pre omnibus hominibus juri stare et justiciam dare et recipere volentibus, prout in terra jus existit. In cuius rei testimonium nostra sigilla ex certa nostra sciencia presentibus scriptis sunt appensa. Actum et datum Schonenberge, in aula domini episcopi Raceburgensis, anno Domini M CCC LXX VI, in profesto beati Petri ad vincula, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Nicolao, decano ecclesie Gustrowensis, Matthia de Bluchere, rectore ecclesie Gustrowensis parochialis in Thomeshagen, Romaldo de Vyschietzen, Gyzelberto de Nygenstadt, Joanne Cryspin, Alberto Stuven, Marquardo Robelen, Ludolpho Pyl, laycis, et aliis pluribus fidedignis clericis et laicis testibus ad premissa.

Nach dem dem Original entnommenen Abdruck in Westphalen Monum. ined. T. II. p. 2268.

CCCVIII.

Gerd Dartzow und Johannes Krowel von Dorpat heben ihre bisherige Handelsverbindung auf und bestimmen, dass, wer von beiden die noch ausstehenden ihnen gemeinschaftlich gehörenden Schulden eincassirt, dem Andern die Hälfte abgeben soll. 1376. Aug. 9.

Notum sit, quod dominus Gherardus Dartzowe et Johannes Krowel de Tarbato in omni societate, quam ad innicem habuerunt, coram testibus infrascriptis totaliter sunt separati penitus et diuisi absque debitis infrasciptis, que ipsis ambobus pertinent, videlicet cuilibet illorum dimidietas, et quis eorum ipsa debita emonet et subleuet, ille alteri medietatem inde debet disbrigare. In primo tenetur Euerardus Ekeloo V marcas rigenses. Item Marke Nonkrilowe tenetur IIm cere. Item Radekinus Schiphorst habet ex parte illorum VI lastas allecium et I lagenam. Item Kuseman Durinc et Wassil Omitzeke tenentur XI frusta argenti. Item Jacobus Timmerman tenetur XII marcas rigenses. Item Arnoldus Schoneweder tenetur I lastam allecium, et predictus Johannes Krowel specialiter tenetur predicto domino Gherardo VII frusta argenti festo

Digitized by Google

beati Martini proxime aduenturo in Tarbato persolvenda, pro quibus Hinricus Wulf compromisit. Testes sunt honesti viri domini Arnoldus Suderland et Godekinus Trauelman, consules Lubicenses, litteras habentes memoriales de premissis. Acta Lubeke, anno Domini M° CCC° LXX° sexto, in vigilia beati Laurencij.

Auf der Rückseite: Littere memoriales domini Gherardi Dartzowe et Johannis Krowels.

Litterae memoriales auf der Registratur.

CCCIX.

Hako, König von Norwegen und Schweden, urkundet über die Beilegung aller seiner Streitigkeiten mit den Hansestädten und bestätigt ihnen ihre sämmtlichen Privilegien. 1376. Aug. 14.

Vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris presentes litteras visuris seu audituris Haquinus, Dei gracia Norwegie et Swecie rex, salutem in Domino sempiternam. Vniuersitati vestre tenore presencium notum facimus | publice protestando, quod nos cum honorabilibus viris, dominis Jacobo Plescowe, proconsule, Hermanno de Osenbrygge, consule, de Lubike, Bertrammo Wlflam, Johanne Rughen, proconsulibus de Stralesynd, Henrico Scuppelenbergh, consule | de Gripeswolle, Johanne Volmesten, proconsule de Elbinge, Ewerhardo Bosen, proconsule de Campen, Johanne Menardeson, consule de Amstreledame, nunciis consularibus et ambaxiatoribus ac plenipotentibus || procuratoribus communium ciuitatum maritimarum, et nomine omnium earundem, videlicet Lybike, Stralesynd, Hamborgh, Bremen, Rostok, Wysmer, Gripeswolt, Stetin, Anclem, Colbergh, Noue Stargarden et aliarum ciuitatum ipsis adiacencium, item ciuitatum Liuonie, videlicet Righe, Tarbati, Reualie et Perone ac aliarum circumvicinarum, insuper ciuitatum Pruzie, videlicet Culmis, Thorun, Elwing, Danzeke, Konyngsbergh, Brwnsbergh et aliarum ipsis adiacencium, item ciuitatum de mari australi, videlicet Campen et aliarum in dyozisi Traiectensi sitarum, ac eciam ciuitatum Zelandie, scilicet Siryxze, Brele, Mydelborgh et Arnemyde, ciuitatumque Hollandie, videlicet Dorderazi, Amstelredamme, Enchusen, Wyringhen ac aliarum in comitatu Hollandie et Zelandie jacencium, ciuitatum eciam Gelrie, videlicet Herderwik, Sutfanie, Elborgh, Dewenter, necnon ciuitatum Staurie et Hindelop ac omnium aliarum et singularum ciuitatum in

Digitized by Google

ipsarum jure et confederacione comprehensarum, de et super omnibus et singulis causis, dissensionibus, controuersiis, litigiis, aduersitatibus, gwerris et discordiis inter nos et regnum nostrum Norwegie ac homines, familiares et adiutores nostros, ex vna. et omnes et singulas ciuitates supra nominatas et in earum jure et confederacione comprehensas et ipsarum incolas et adiutores, parte ex altera, hucusque motis quomodolibet et subortis, eciam super dampnis et dispendiis et iniuriis quibuscunque hinc inde et ex vtraque parte receptis, animo deliberato ac de beneplacito et expresso consensu omnium fidelium et consiliariorum nostrorum pro nobis et heredibus ac successoribus ac regno nostro Norwegie ac omnibus et singulis hominibus et incolis et adiutoribus nostris et regni nostri reconciliauimus et composuimus ac perpetuam pacem, concordiam et composicionem fecimus amicabilem, ac nos et regnum nostrum ac alios supradictos cum dictis ciuitatibus ac ipsarum mercatoribus, incolis et adiutoribus prelibatis reconciliamus et componimus ac amicabilem composicionem, pacem et concordiam facimus per presentes, perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter absque dolo duraturam et per utramque partem firmiter obseruandam, sic quod deinceps in perpetuum omnium et singularum ciuitatum prenominatarum et in jure earum et confederacione comprehensarum mercatores, ciues, burgenses, incole et familiares poterint ciuitates, villas, portus et limites regni nostri Norwegie causa mercandi vel negociandi tam per aquas quam terras libere et secure visitare ibique bonis, mercibus et rebus suis pacifice frui, essendo pro nobis ac heredibus et successoribus, aduocatis, familiaribus, hominibus et incolis nostris et regni nostri ac pro omnibus et singulis aliis causa nostri quicquam facere seu omittere volentibus tam in accedendo et morando quam eciam recedendo tuti, tranquilli et securi tam in ipsorum personis quam bonis et rebus suis. Debent eciam predictarum ciuitatum mercatores et incole in regno nostro Norwegie ac ipsius ciuitatibus, portibus et limitibus vti et gaudere omnibus et singulis suis libertatibus, justiciis, priuilegiis et antiquis consuetudinibus, quibus vnquam liberius vtebantur. Ceterum vt memorati consules, ciues, mercatores et incole omnium et singularum ciuitatum prenominatarum senciant gracias nostras aput se magis fauorabiles et efficaces, et vt eos amplioris beneficij presidio graciose prosequamur cum effectu, ipsis omnibus et singulis, consulibus, ciuibus et mercatoribus prenominatarum ciuitatum maritimarum ac ceteris omnibus hanse Theotonice Romano imperio subiectis omnes justicias, libertates, gracias, priuilegia et antiquas consuetudines ac litteras ipsis vel ipsarum aliquibus coniunctim vel diuisim ab inclito

Digitized by Google

principe, domino ac patre nostro karissimo pie memorie, rege Magno, et ab aliis progenitoribus et predecessoribus nostris, regibus Norwegie, qualitercunque datas et indultas cum pleno consiliariorum nostrorum infrascriptorum bene placito ob id, vt dicti ciuitates nobis ac ipsi regno nostro Norwegie ad nostra beneplacita eo fauorabiliores reddantur, auctoritate presencium innouamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, quemadmodum ipsa priuilegia plenius per se docent. Item, si contingeret, quod aliquis intraneus vel extraneus contra nos vel leges nostras delinqueret excedendo, ob quem excessum nobis astrictus foret ad emendam, volumus et graciose concedimus, quod ipsius delinquentis omnia racionabilia debita, in quibus rite tenetur obligatus, ante omnia de bonis suis persoluantur, antequam excessus huiusmodi nobis emendetur. Item, si que naues ad portum ciuitatum et villarum nostrarum forensium cum summo munito castello, proprie topcasteel, applicuerint, hoc ipsis esse debebit sine pena, ad pontem tamen non applicabunt. Nullum pontem ad terram facere debebunt, nisi ante omnia dictum topcasteel depositum sit de malo. Promittimus igitur bona fide in hiis scriptis dictis consulibus, ciuibus, mercatoribus, incolis et nunciis prenominatarum ciuitatum et earum cuiuslibet pro nobis, heredibus, successoribus ac regno et terra nostris, necnon omnibus aliis et singulis causa nostri quicquam facere vel omittere volentibus vna cum dilectis fidelibus consiliariis nostris infrascriptis, dictas perpetuam pacem et amicabilem composicionem cum omnibus et singulis articulis supranotatis firmiter et inuiolabiliter perpetuo obseruare. Vnde in euidens testimonium omnium premissorum sigillum nostrum vna cum sigillis infrascriptorum dilectorum fidelium consiliariorum nostrorum presentibus litteris ex certa nostra sciencia duximus appendendum. Et nos Agmundus Findesson, Ericus Ketilson, Narwo Ingewaldesson et Vlpho Jonson, milites; Haquinus Jonsson, Gauto Erikson, Aluerus Haraldesson, Erlendus Filippusson et Gudbrandus Alffson, armigeri, prelibati domini nostri, domini Haquini, regis Norwegie et Swecie, consiliarii, quia omnia et singula in huiusmodi litteris contenta et expressa de nostro et cuiuslibet nostrum beneplacito et expresso consensu facta, placitata sunt et terminata, promisimus et in hiis scriptis bona fide promittimus pro nobis et heredibus nostris vna cum dicto domino nostro rege dictarum ciuitatum consulibus, ciuibus, mercatoribus, incolis, subditis, familiaribus atque nunciis, dictam pacem et amicabilem composicionem perpetuo et inuiolabiter obseruari, et in maioris roboris firmitatem sigilla nostra et cuiuslibet nostrum vna cum sigillo prenarrati domini nostri regis sunt appensa. Datum et actum in

Digitized by Google

Kalingborgh, anno natiuitatis Domini M CCC LXX sexto, in vigilia Assumpcionis beate Marie virginis gloriose.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangenden sämmtlich wohlerhaltenen Siegeln. Signet des Königs Hako v. Norwegen: Siegel rund, 4³/₁₀ Centim. Innerhalb eines verzierten Sechspasses steht über einem gelehnten Schilde mit dem Norwegischen Löwen ein gekrönter Helm im Rechtsprofil, mit aufwehender Helmdecke und dem Löwen des Schildes wachsend besteckt. Umschrift: signetv · haquini dei gra' norweg et swe' regis *Agmund Findesson: Siegel rund, 4¹/₂ Centim. Ueber einem gelehnten Schild, der einen schrägrechts gelegten geflügelten Strahl (Pfeilspitze) zeigt, wird ein Profilhelm von 2 Löwen als Schildhaltern gehalten; derselbe ist mit dem aufwärts gestellten geflügelten Strahl des Schildes besteckt, dessen Spitze einen Pfauenschwanz trägt. Umschrift:* sigillum ⊷ ogmundi ⊷ findonis *Eric Ketelson: Siegel rund, 3¹/₂ Centim. Ueber einem gelehnten Schild, der einen schrägrechts gestellten Vogelflug zeigt, steht ein Helm von vorne gesehen, der mit zwei Steinbock- oder Widderhörnern besteckt ist. Der Grund des Siegels ist gegittert, die Umschrift lautet:* + S'ERICI + KETILS' *Narwo Ingewaldson: Siegel rund, 2⁴/₅ Centim. Der gelehnte Schild ist schräglinks getheilt, darüber steht ein Profilhelm mit Helmdecke, mit 2 Büffelhörnern besteckt, davor steht im glatten Grund ein Kreuz. Die Umschrift zwischen Perlenkreisen lautet:* S'NÆRVONIS INGEWAL'ZS *Ulf Jonsson: Siegel rund, 2⁹/₁₀ Centim. Auf stehendem Schild eine Rose Umschrift undeutlich. Hake Jonsson: Siegel rund, 3⁹/₁₀ Centim. Ueber einem gelehnten Schild mit einem nach rechts aufsteigenden Löwen steht ein Profilhelm nach rechts, mit Helmdecke und 7 hinterübergebogenen Hahnen-Federn besteckt; unter dem Helm ragen zwei wehende Bänder vor, der Siegelgrund ist mit Kreuzchen bestreut und die Umschrift zwischen geschnürten Kreisen lautet:* SIGILL' · hA + + + + + QVINI · IhOIS · *Gauto Ericson: Siegel rund, 2²/₃ Centim. Auf stehendem Schild eine schrägrechte Spitze mit seitlich 2 Stufen, die mit einem aufsteigenden Eber belegt ist. Umschrift zwischen geschnürten Kreisen:* + S' + GAVTONI ✱ ERICI *Alver Haraldesson: Siegel rund, 2⁸/₁₀ Centim. Auf stehendem Schild vorne eine halbe Lilie, hinten 2 Sparren, ohne Theilungslinie. (Beide Bilder sind auf den Kopf gestellt.) Umschrift:* S ‡ ALVERI ‡ hARALDI + *Erlend Filipson: Siegel rund, 3⁸/₈ Centim. Auf gelehntem Schild, welcher ein grades Kreuz aus Rauten gebildet zeigt, steht ein Helm im Rechtsprofil mit Helmdecke und 2 in einander geschlungenen Drachen besteckt. Der Siegelgrund ist gegittert und die Umschrift zwischen Perlenkreisen lautet:* + SIGILLVM : ERLENDI : PhILIP . . *Gudbrand Alfson: Siegel rund, 2¹/₂ Centim. Ueber gelehntem Schild, der 3 Dolche über einander schrägrechts gelegt zeigt, steht ein Helm in Profil mit Helmdecke, welcher mit 2 Dolchen, die je 3 Federn tragen, besteckt ist. Der Siegelgrund ist gegittert und die Umschrift zwischen Perlenkreisen lautet:* S' : GVDBRANDI · A.WI

CCCX.

Olav, König von Dänemark, bestätigt den am 24. Mai 1370 von dem Könige Waldemar mit den Hansestädten abgeschlossenen Frieden und die in demselben den Städten zugestandenen Freiheiten unter wörtlicher Anführung des Documents. 1376. Aug. 14.

In Godes namen amen. Wy Olef, van Godes gnaden der Denen, der Wende vnde der Ghoten koningh. Bekennen vnde betughen openbar, dat wy na endrachtighen rade vnde vulkomenen willen vnser weldighesten des rikes ratgheuen tho Denemarken ghevul ‖ bordet hebben vnde vulborden an desser scrift de sone vnde alle deghedinge, de hir na gescreuen staen an dessen breue, de ghedeghedinget hebben vnses heren vnde vnses elderuaders, koningh

Digitized by Google

Woldemers, deme Got gnedich sy, leuen ghetruwen man vnde | ratgheuen, alze her Henningh van Pudbuske, de do vnses heren vnde vnses elderuaders, koningh Woldemers, houetman was, den hee dar suluen tho gheset hadde, Nycolaus, ertzebiscop tho Lunden, Erik, biscop tho Odenze, Nicolaus, biscop tho Roschilde, Johannes | Tirbach, houetman tho Werdingenborch, Vicke Molteke, houetman tho Nebbe, Jacob Olauisson, Bent Bugge, houetman tho Holebeke, Otze van Budelsbach van Jungeshoued, Jacob Niclesson, houetman tho Zeborch vnde tho Gorgo, Ruch, houetman tho Korsøre, Hinrik Jonsson, Yentzeke Paris, riddere in Zelande, Jons Pele, houetman tho Caluø in Jutlande, Heyne Kabolt, Henningh Køtelsberg, riddere, houetlude tho Orkel, Henneke Molteke, knecht, houetman tho Nůborch, Jons Askilsson, ridder, Henningh Meynerstorp, ridder, houetman tho Traneker in Langelande, Cresten Kule, ridder, houetman tho Alholme in Lalande, Curt Molteke, houetman tho Wardberghe in Hallande, Hinrik van der Osten, ridder, houetman tho Wezeborch tho Sampso, Offe Basse, ridder, Ricmar van der Lanke, Peter Eskilsson, houetman tho Lagheholme, Tuke Pøder, houetman tho Ørsteen, Peter Niclesson, houetman tho den Lintholme, Torkel Niclesson, houetman tho Ahůzen, Peter Askilsson van Barnholme, Bosse Paris vnde Peter Valke, knapen, mit den ratmannen desser stede Lubek, Rostok, Stralessunt, Wismer, Gripeswolt, Stetin, Colberghe, Nyenstarghardе, Colne, Hamborch vnde Bremen; in Prutzen Colme, Thorun, Eluingh, Dantzik, Koninghesberch, Brunnesberch vnde alle den steden in Prutzen leghen; in Lijflande Ryghe, Darpt, Reuele, Pernowe vnde den anderen steden gheleghen in Lijflande; an der Zuderzee Campen, Deuenter, Vtrecht, Swolle, Haseleth, Groningh, Syrixzee, Brele, Middelborch, Arremůde, Herderwik, Zutphen, Elborch, Stoueren, Dordercht vnde Amsterdamme, dartho mit den anderen steden, de mit en begrepen sint in erer eendracht vnde vorbunde vnde eren rechte sint, vp den erbarn dach vnses Heren hemmelvart tho deme Stralessunde na Godes borth dretteynhundert jaer in deme seuentighesten iare in aller wis alze hir na screuen steyt in desseme breue: In Godes namen amen. Witlik sy, *(Folgt die in den Hanserecessen Bd. I. S. 474 bis 478 abgedruckte Urkunde.*[1]*)* Vnde wente desse zone vnde alle desse vor-

1) Es ist ein Abdruck des vorläufigen Friedensvertrags vom 30. November 1369; der definitive Friedensvertrag vom 24. Mai 1370 stimmt mit demselben, abgesehen von den im Eingange genannten Namen, übrigens ganz überein, dehnt jedoch die Freiheit vom Strandrecht auf alle zum Reich Dänemark gehörigen Länder aus und enthält noch den Zusatz: Vortmer, were dat yenich voghet den copmanne guth afkopen wolde, dat scal hee eme afkopen nicht yeghen des kopmannes willen, allen also alz dat guth dar sulues ghenge vnde gheue is. Vgl. Hanserecesse Bd. I S. 485. Im Wesentlichen ist auch die Lüb. Urk.-B. Bd. III № 663 abgedruckte Urkunde gleichen Inhalts.

Digitized by Google

screuene stucke vnde article ghedeghedinget vnde maket sint mit gantzen willen, wiscop, hete vnde vulkomener vulbort vnses leuen heren vnde elderuaders, koningh Woldemeres, deme Got gnedich sy, vorscreuen, de hee alle bezeghelet heft mit sime ynghezeghele, dar de crone inne steyt,[1] so vulborde wy see alle vnde en yewelk by sik vnde stedeghen see vnde louen an desseme breue den ratmannen der vorbenomeden stede, eren borgheren vnde meenheyt vnde alle den, de in erer endracht vnde vorbunde mit en begrepen sint, de zuluen zone vnde deghedinge in allen stucken vnde articlen, alze ze hir vore screuen staen, stede, vast vnde vnghebroken tho holdende tho ewighen tiden, vnde hebben tho tuchnisse, bekantnisse vnde merer bewaringe vnse grote ynghezeghel mit gantzen willen vnde wischop na rade vnde vulbort vnser leuen ghetruwen, her Henningh van Pudbuske, vnses vnde vnses rikes droste, Nycolaus, ertzebiscop tho Lunden, Nycolaus, biscop tho Roskilde, vnses vnde rykes kentzeler, Johannes, biscop tho Ripen, Olef, biscop tho Arhuzen, Jacob, biscop tho Wyberghe, her Euert Molteke, vnses vnde rykes marschalk, her Tůue Galle, her Andreas Jacobesson, her Holgher Gregoriusson, Hinrich Josepesson, houetman tho deme Lintholme, her Torborn Pedersson, Torkel Nicolsson, Nicolaus Gogge, Jacob Axelsson, her Jacob Olauisson, houetman tho Kallingenborch, her Olaf Bornsson, houetman tho Gorgo, her Peter Grubbe, Curt Molteke, houetman tho Werdingenborch, Erik Nicolsson, houetman tho Zeborch vnde tho Schandelingenborch, her Bent Bugge, her Vicke Molteke van Kuze, Yesse Ruth van Scorbu, Clawes Holste houetman tho Korshore, Henningh van der Lanke van Juncgeshoued, Deghener Buggenhagen, houetman tho der Rauensborch, Henningh Schacht, houetman tho Aleholme, Ricmannus van der Lanke, Johan Wittekop, houetman tho Wittekelde vnde tho Hadersleue, ratgheue vnde man, an dessen bref ghehenget laten, de ghegheuen vnde gescreuen is tho Korshore, na Godes bort drutteynhundert iar in deme sees vnde seuentighisten jare, an vnser Vrowen auende, alze zee tho hemmel voer.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem, wohlerhaltenem grossen Staatssiegel des Königs Olav.

---

1) Aus dieser Stelle erhellt, was in № 312 noch bestimmter hervorgehoben ist, dass Waldemar den Stralsunder Frieden niemals mit dem grossen Staatssiegel, sondern nur mit dem Secret „dar de crone inne steyt" besiegelt hat, und offenbar absichtlich spricht König Olav in dieser Urkunde es aus, dass er an die Bestätigung des Vertrags sein grosses Siegel hänge. Vgl. № 196.

Digitized by Google

CCCXI.

Olav, König von Dänemark, bestätigt die von dem Könige Waldemar mit den Hansestädten geschlossenen Verträge hinsichtlich des Zolls zu Skanör, Falsterbo, Malmoe und Helsingborg, so wie auch alle übrigen Verträge, mit Ausnahme der die Königswahl in Dänemark und das Schloss Wartberg betreffenden Artikel. 1376. Aug. 16.

Domini et amici carissimi. Quemadmodum ex speciali confidencia [quam] in vestris dominacionibus in cunctis inter nos prospere promouendis hinc ‖ inde semper habebamus recursum, ita ad presens pro consummacione salubri hactenus tractatorum inter nos et mercatores ‖ parcium Almanie ad dictas vestras dominaciones tute supplicacionis auxilio duximus recurrendum, de cuius refutacionis ‖ obstaculo speramus nullatenus formidandum, vos humiliter deprecantes, quatinus pro finali vtilitate et effectu fauorabiliter nobis assistere dignemini et velitis vestris auxilio, consilio et fauore, presertim super composicione et concordia querelarum, in quantum villam nostram Brugensem quomodolibet respiciunt seu concernunt, temporumque dilacione competenti super restauracione querelarum huiusmodi statuenda, prout in vestris dominacionibus fiduciam semper gessimus et gerimus pleniorem, nobis in quibuscumque vobis prosperis et honestis cum obtinendi fiducia precipiendo mandantes. Reuerendas dominaciones vestras conseruet Altissimus. Scriptum tercia die mensis Augusti.

Burgimagistri, scabini, consules et tota communitas ville de Brugis in Flandria, ad vestra beneplacita parati.

In dorso: Viris venerabilibus et honestis, proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, amicis nostris dilectis.

Nach dem in Briefform zusammengelegten Original auf Papier auf der Trese. Mit aufgedrücktem wohlerhaltenem Siegel.

---

1) Der Rath von Lübeck wird in dem Schreiben gebeten, dahin zu wirken, dass im Gange befindliche Verhandlungen zu einem gedeihlichen Abschluss gelangen. Die Verhandlungen zwischen den Hansestädten und Brügge über die Rückverlegung des Stapels nach dieser Stadt wurden auf dem zu Martini 1391 in Hamburg gehaltenen Hansatage zu Ende geführt. Das Schreiben kann demnach nicht später als in dasselbe Jahr gesetzt werden.

Digitized by Google

DXLVI.

Urfehde des Knappen Claus Bonensack unter Bürgschaft der Knappen Heyne Schorleke und Heinrich Schacke. 1391. Aug. 8.[1]

Der Inhalt entspricht der üblichen Form der Urfehden. Die drei Siegel hängen an der Urkunde. Bonensack: zwei schmale schräg rechts gelegte Balken. Schorleke: ein schreitender Pfau. Schacke: eine quer rechts gelegte Lilie.

DXLVII.

Gerhard, Herzog von Schleswig, und Nicolaus, Graf von Holstein, verpfänden dem Ritter Wulf Poggewisch das Dorf Grotenbrode für 1100 mℒ Pfennige unter Vorbehalt gegenseitiger Aufkündigung. 1391. Aug. 19.

Wi Gherd, van Godes gnaden herthoghe to Sleswyk vnde greue to Holsten, Stormeren vnde Schouwenborg, vnde Clawes, van der suluen gnade greue to Holsten, Stormeren vnde Schowenborch. Bekennen vnde bethughen openbare an dessem breue vor al den ghenen, de en zen eder horen lesen, dat wi schuldich zyn van rechter schult vnseme leuen truwen radgheuen, her Wulfe Pogwysche, riddere, vnde synen eruen eluenhundert mark pennynghe, alse to Lubeke vnde to Hamborch ghenghe vnde gheue sint, vnde en gud man dem anderen mach mede vuldon, de he vns rede lenet heft vnde in vnse nut komen vnde keret syn. Vnde vor den suluen summen gheldes hebbe wi em vnde sinen eruen vorseet vnde vorsetten myt macht desses breues vnse dorp to deme Grotenbrode, beleghen in deme lande to Oldenborch, brukliken to besittende mit aller nut, rente, richte, broke vnde mit aller tobehoringhe alzo vry, alse wi dat nv hebben, vnde je vryest heft gewesen. Vnde wat her Wulf vorbenomet edder syne eruen daraf vpboren, dat scholen ze nicht afslan in dessem vorscreuenen summen. Vortmer welke tyd dat wy eder vnse eruen dat dorp vorscreuen wedder losen willen, dat schole wi hern Wulfe edder synen eruen en half jar touoren tozegghen, vnde welke tyd her Wulf eder zyne eruen vorscreuen ere ghelt vnde summen vorbenomet wedder hebben wyllen, zo scholen ze vns edder vnsen eruen dat ok en half iar touoren tozegghen. Vnde welke tyd dat wy vnde vnse eruen her Wulfe edder synen eruen den vorscreuenen summen gheldes betalen willen, den schole wy vnde willen em vnde synen eruen betalen in deme lande tho Holsten in ener sekeren stede,

---

1) Unter gleichem Datum (des dinxtedaghes vor sunte Laurencius daghe) hat auch der Knappe Ghevert v. Wittorp (Siegel unkenntlich) unter Bürgschaft der Knappen Ludeke Schacke und Bertold Daldorp eine Urfehde ausgestellt.

Digitized by Google

dar se ere ghelt vorbenomet brukeliken vnde an eneme summen, an ghelde alze vorscreuen steit, moghen upboren, vnde wanneer dat wi dessen summen gheldes aldus betalen, alze vorscrenen is, in sunte Mertens daghe biscoppes, so schole wi van staden an vnse rente vnde hure darane vinden vnde hebben, vnde scholen vortmer vnde willen deme suluen her Wulfe vnde synen eruen dat sulue ghud vryen vor alle den ghenen, de dar myt rechte vp spreken, vnde scolen ok vortmer en in dessen vorscreuenen stukken alle dynk to den besten keren. Vortmer we dessen bref vnde darby her Wulfes vnde syner eruen bref, dar ane stan scal ere vulbord, heft myt eren willen, deme scal desse bref also bruklik, vullenkomen vnde mechtich wesen in alle dessen vorscreuenen stucken, alse her Wulfe vnde zynen eruen vorbenomet. Alle desse vorscreuenen stucke loue wi herthoghe Gherd vnde greue Clawes vorbenomet vor vns vnde vnse eruen her Wulfe Pogwische vnde synen eruen vorscreuen vnde to erer truwen hant her Benedictus van Aneuelde, riddere, Hartwich Pogwysch, syneme brodere, Marquard vnde Luder, brodere, heten Wulfe, synen vedderen, Luder Crummendike, Clawes vnde Hinrike, brodere, heten Aneuelde, vnde Wulfeke Pogwisch, synen vedderen, stede vnde vast to holdende sunder jenigherleye hinder, weddersprake, hulperede vnde arghelist. Vnde to merer bewisinghe so hebbe wi vnse ingheseghele henghet laten myt witschop vor dessen bref. Screuen to Plone, in deme iar vnses Heren M CCC in deme eynvndeneghentighesten iar, des sunnauendes na vnser Vrouwen daghe erer hemmeluard.[1]

Nach einer Abschrift in dem an der Registratur befindlichen Copiarius des St. Johannis-Klosters Fol. 12b.

DXLVIII.

Der Hamburger Bürger Diedrich Cusfeld überträgt auf den Lübecker Bürger Berend Pleskow sein Eigenthumsrecht an den Dörfern Nannendorf und Schönberg. 1391. Sept. 26.

Witlik sy alle den ghennen, de desen bref sehen effte horen lesen, dat ick Diederick Cusvelt, borger tho Hamborch, bekenne unde betuge apenbahr in deser jegenwerdigen schrift, dat ick mit wolbedachtem mode unde mit vulbord miner negesten erven unde alle der ghennen, der ehre vulbord dartho

1) Die Aufnahme der Urkunde in den Copiarius macht es wahrscheinlich, dass das Dorf vorübergehend im Besitz des St. Johannis-Klosters gewesen ist, wiewohl sich sonst keine Nachrichten darüber finden.

Digitized by Google

to eschende was, hebbe vastliken unde redeliken verkofft dem erbaren manne Berend Plescowen, minem ohme, borger to Lubeke, unde sinen rechten erven dat dorp unde hof Nannendorp, belegen in der herschop tho Holsten, unde dat dorp genomet Schonenbarch, belegen in der herschop tho Bergerdorp, unde den openen bref, den ick darup hadde, vor vifhundert mark unde vertich mark lubescher penninge, de he my tho minem willen tho danke wol betalet heft. Desses vorschrevenen gudes unde breves schullen de vorbenomeden Bernd unde sine erven bruken vnde hebben vry unde unbeworren na lude unde heltnusse, alse he begrepen is, unde den bref schal ick unde wil unde mine erven Bernde unde sinen erven waren unde thostan, wor en des behof is, sunder argelist unde hulperede. In huius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M CCC XCI, feria tercia ante festum beati Michaelis archangeli.

Nach dem Abdruck in der Lauenburgischen Remonstration gegen die Stadt Lübeck in Betreff der Wiederabtretung der Stadt Mölln. Ratzeburg 1670. Beilage Litt. N.

DXLIX.

Rudolph, Herzog von Sachsen und Lüneburg, beglaubigt bei dem Rathe von Lübeck seinen Pleban in Schmiedeberg, Ludolph von Münster. 1391. Nov. 1.

Rudolphus, Dei gracia dux Saxonie et Lunenburg sacrique Romani imperij | archimaresschallus. Circumspectis et honestis viris, magistris consulum et consu|libus ciuitatis Lubicensis, fauorem nostrum et omne bonum. Dilectioni vestre mittimus | honorabilem virum Ludolphum de Münstere, plebanum nostrum in Smedeberg, fidelem et dilectum, presencium ostensorem, rogantes ex corde, quatenus sibi verbis suis, que vobis nomine nostri ista vice retulerit, fidem dignemini adhibere creditiuam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum appensum est presentibus. Datum Wittemberg, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, in die Omnium Sanctorum.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem wohlerhaltenem Siegel.

Digitized by Google

DL.

Erich der Jüngere, Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, urkundet über den Verkauf des halben Dorfes Gross Sarau Seitens des Detlev Grönow an Friedrich Wantzenberg für 300 m℔ Lüb. Pf. unter Vorbehalt des Rückkaufs. 1391. Nov. 11.

Wy Erik de jungere, van Godes gnaden hertoghe to Sassen, to Engeren vnde to Westfalen. Bekennen vnde betughen openbare in desser ‖ jeghenwordighen scrift, dat wy mit ghuden vrigen willen vnde mit vulbord vses leuen truwen Detlef Gronow vnde siner eruen Frede‖rike Wantzeberghe vnde sinen eruen hebben lenet vnde laten, laten vnde lenen mit craft desses breues to rechten weddeschatte dat halue ‖ dorp Groten Zarowe, beleghen in deme kerspele to Gronow mit alle siner rechticheit vnde tobehoringhe, alse dat beleghen is in siner veltmarcke vnde schede, vnde mit allen richten vnde rechticheit vor drehundert mark lubescher witten penninghe, de Detlef vorbenomed rede vntfanghen heft, alse he vor vns bekant heft. Desses suluen vorbenomeden haluen dorpes mit alle siner rechticheit vnde tobehoringhe moghen Frederik vorbenomet vnde sine eruen brukliken bruken. Doch so heft Detlef vorbenomet sik vnde sine eruen de gnade beholden, dat se dyt sulue vorbenomede halue dorp moghen losen vor drehundert mark lubescher guder witten pennynghe, wan se willen, by dessem vnderschede: is id dat Detlef vorbenomed vnde sine eruen dit vorbenomede halue dorp losen vor sunte Johannes daghe to middensomere, so scolen se Frederikes vnde siner eruen willen maken vmme den tyns; loset se is *(sic)* auer vor sunte Johannes daghe nicht, so scolen Frederik vnde sine eruen den tyns van deme vorbenomeden haluen dorpe darinne vinden vnde brucliken vpboren. Vnde desse breef scal deme anderen nicht to vorvanghe, to hindere edder to schaden wesen, den Frederik vorbenomet vnde sine eruen van vns hebben vp de anderen helfte desses suluen dorpes Groten Zarow, den wy Frederike vorbenomet vnde sinen eruen darvp ghegheuen hebben mit willen vnde witschop, men se scolet beyde by gantzer macht bliuen, also dat Frederik vorbenomet vnde sine eruen desses gantzen dorpes Groten Zarow brukeliken bruken moghen mit alle siner tobehoringhe also langhe, went Detlef edder sine eruen it van Frederike edder sinen eruen bringhen na lude der breue, de se van vs darvp hebben. To tughe vnde bekantnisse desser vorghescreuenen stucke so hebbe wy Erik vorbenomet vse ingheseghel mit witschop an

Digitized by Google

dessen breef gehanghen laten. Ghegheuen in den jaren Godes dusent drehundert in deme eenvndene ghentighesten jare, vp sunte Mertins dach des hilghen byschopes.

Nach dem Original im Archiv des Heil.-Geist-Hospitals. Mit anhangendem Siegel.

DLI.

Richard II., König von England, befreit die Kaufleute der deutschen Hanse für die nächsten zwei Jahre von Entrichtung der neuerdings eingeführten Abgaben. 1391. Dec. 1.

Ricardus, Dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie. Omnibus, ad quos presentes littere peruenerint, salutem. Supplicauerunt nobis mercatores de hansa Alemannie regnum nostrum Anglie frequen‖tantes per peticionem suam in presenti parliamento nostro exhibitam, quod, licet ipsi custumas, subsidia et alia deueria de bonis et mercandisis suis infra regnum nostrum Anglie adductis ‖ debita de tempore in tempus bene et fideliter faciant et persoluant, maiores tamen et balliui diuersorum *(sic)* ciuitatum, burgorum et villarum regni nostri predicti ipsos mercatores ad ‖ soluendum certas nouas imposiciones de bonis et mercandisis suis predictis, videlicet de quolibet lasto allecis, picis, butiminis et carnium duos solidos, de qualibet centena de bowestaues et borde vocate waynscot duos denarios, et de qualibet centena borde vocate rygold quatuor denarios, et sic de omnibus alijs mercandisis suis ad eorum libitum voluntatis grauiter distringunt et compellunt in ipsorum mercatorum dispendium non modicum et iacturam ac contra tenorem cartarum et priuilegiorum eis per progenitores nostros, quondam reges Anglie, concessorum et per nos ratificatorum et confirmatorum, velimus eis de remedio in hac parte graciose prouidere. Nos volentes mercatores alienigenas ad regnum nostrum Anglie confluentes et presertim dictos mercatores de hansa amicabiliter et fauorabiliter pertractari ac indempnitati sue prospicere et quieti, de gracia nostra speciali et de assensu consilij nostri in instanti parliamento nostro concessimus eisdem mercatoribus, quod ipsi de huiusmodi nouis imposicionibus de bonis et mercandisis suis infra regnum nostrum Anglie adductis et adducendis vltra custumas, subsidia et deueria inde debita, vt premittitur, exactis quieti sint et exonerati per duos annos datam presencium inmediate sequentes, volentes vlterius et precipientes, quod omnes illi, qui huiusmodi nouas imposiciones supradictis mercatoribus pro bonis et mercandisis suis huiusmodi clamant, faciunt vel imponunt, cessent inde omnino durante termino supra dicto. Liceat

Digitized by Google

eis tamen, nos et consilium nostrum de clameo suo in hac parte interim informare, vt nos ad finem dicti biennij inde ordinare valeamus, quod iustum fuerit et consonum racioni. In cuius rei testimonium has litteras nostras per peticionem in parliamento fieri fecimus patentes. Teste me ipso, apud Westmonasterium, primo die Decembris anno regni nostri quintodecimo.

Nach dem Original auf der Trese. Mit beschädigtem Siegel.

DLII.

Otto von Ritzerau nebst seinen Vettern Hartwich und Bertold, Söhnen Bertolds von Ritzerau, verkaufen an den Lübeckischen Bürger Wigger Brekewold das Dorf Klein Klinkrode für 250 mẞ Lüb. Pf. unter Vorbehalt des Wiederkaufs nach zehn Jahren. 1391. Dec. 22.

Witlik si alle den ghennen, de dessen bref seen edder hôren lesen, dat wij Otto van Ritzerowe, Hartwich ‖ vnde Bertold, sine vedderen, Bertoldes sône van Ritzerowe, deme God gnedich si, bekennen vnde betûghen ‖ openbare in desser yeghenwardighen scrift, dat wij mit eyndracht, willen vnde volbord vnser neghesten eruen ‖ vnde alle der ghennen, der ere volbord darto to esschende was, hebben reckeliken vnde redeliken verkoft vnde vppelaten, verkopen vnde vppelaten in vnseme yeghenwardighen breue deme bescheydenen manne Wiggere Brekewolde, borghere to Lubeke, vnde sinen eruen vnse dorp vnde ghut ghenômet Lutteken Clinkrode, beleghen in deme kerspele to den Seuenbômen, vor drûddehalfhundert mark lubescher penninge, de wij reyde in ghuden lubeschen penningen van eme vntfangen vnde vpghebôret hebben vnde in vnse notroftighe nut vtghekeret vnde ghegheuen hebben. Desses vorscreuenen dorpes vnde ghûdes to Lutteken Clinkrode schal de vorbenômede Wiggere vnde sine eruen brûken, besitten vnde hebben mit allen tôbehoringen, alse mit ackere ghebuwet vnde vnghebuwet, mit wisschen, weyden, broken, moren, mit husen, hôuen, mit watere, waterlope, waterstowingen, mit vleten, springen, seen, dyken, visschen vnde visscherien, mit den weghen, inweghen vnde vtweghen, mit den enden vnde landschedingen, alse dat vorscreuene dorp vnde ghût mit alle sinen tobehôringen in sinen enden vnde veltmarken drôghe vnde nat begrepen vnde beleghen is, mit aller nûtticheyt, vrûcht vnde vrieheyt, alse dat vorscreuene dorp vnde ghut vnsen elderen vor vnde vns na ye vriest tobehôret heft, vortmere mit alleme rechte vnde richte, deme hôghesten vnde deme sidesten, alse in hals vnde in hand. Vortmer so schulle wij vnde willen vnde vnse

Digitized by Google

eruen deme vorbenômeden Wiggere vnde sinen eruen dit vorscreuene dorp vnde ghut to Lutteke Clinkrode waren vnde vrien van aller ansprake eynes yewelken, de vor recht komen wil. Jodoch vmme sunderliker vruntschop willen so heft de sulue Wiggere vor sik vnde sine eruen vns vnde vnsen eruen de macht ghegheuen, dat wij to sunte Mertijns daghe, alse nv neghest tokomende is, vord ouer teyn iare, vnde ere nicht, vnde vort to allen sunte Mertijns daghen dat vorscreuene dorp vnde gût to Luttiken Klinkrode môghen wederkopen vor druddehalfhundert mark lubesch, wanne se de rente vt dem ghude erst vntfangen hebben. Vnde so schulle wij vnde willen vnde vnse eruen eme eder sinen eruen de deckenômeden druddehalfhundert mark bereyden vnde betalen sonder yenigherleye vortôgheringe binnen der stad to Lubeke in ghuden penningen, alse dar dan ghenge vnde gheue sijn, vrij, vmbekommert vnde vmbeworren. Alle desse vorscreuenen stucke loue wij vor vns vnde vor vnse eruen mit sameder hand in ghuden truwen sonder arghelist. Vnde wij Detlef van Gronowe vnde Hinrik van Crummesse, knapene, bekennen vnde betughen openbare in desser scrift, dat wij mit den vorscreuenen Otten, Hartwighe vnde Bertolde gheheten van Ritzerowe vnde eren eruen mit sameder hand vnghescheden vnde in ghuden truwen hebben ghelouet vnde louen in desme (breue) deme vorbenomeden Wiggere Brekewold vnde sinen eruen vnde to erer truwen hand Corde Brekewolde, sinen brodere, vnde Hinrike Stuuen vnde deme ghennen, de dessen bref heft mit eren willen, he si gheestlik eder werlik, alle desse vorscreuenen stucke stede vnde vast to holdene sunder yenigherleye hulperede. In huius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M CCC nonagesimo primo, in crastino beati Thome apostoli.

Nach dem Original auf der Trese. Mit fünf anhangenden Siegelbändern, von welchen die Siegel abgesprungen sind.

DLIII.

Erich der Jüngere, Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, verkauft dem Detlev Grönow den Hof und das Dorf Behlendorf, das Dorf Giesensdorf, den Hof Klein Anker und alle Lehngüter des verstorbenen Ritters Detlev Parkentin mit Ausnahme des Dorfes Berkentin für 2220 m✗. 1392. Jan. 6.

Wy Erik de junghere, van Godes gnaden herthoghe to Sassen, tho Engheren vnde tho Westfalen. | Bekennen vnde betughen openbare yn dessem breue, dat wy mit vulbord vnser eruen vnde by rade ‖ vnser truwen man hebben vorkoft rechtliken vnde redelken vnsem leuen ghetruwen Ditleue Gru‖nowen

Digitized by Google

vnde synen rechten eruen Belendorpe, hof vnde dorp, alse se yn erer scede beleghen synt, vnde dat dorp tho Ghysemestorpe vnde den hof tho lutteken Manker, vnde vortmer al dat gut, dat her Ditlef Parkentyn, ridder, dem God gnedich sy, van vs tho lene hadde, ane dat dorp tho Parkentyn met syner thobehorynghe, vor twe dusent mark, twe hundert mark vnde twyntich mark. Vnde desses vorbenomden ghudes scal Detlef vnde sine rechten eruen bruken myt allerleye thobehorynghe, rechticheit vnde nůt, de daraf komen mach, an watere, an holte, an velde, an weyde, alse dat beleghen is. An dessem vorbenomden gude vnde ok desses benomden ghudes vnde kopes wille wy vnde vse eruen Ditleue vorbenomet vnde sinen rechten eruen thostan vnde waren also vaken also ze willen vnde dat van vns esschet edder esschen laten, oft en des not is. Ok wille wy vnde vse eruen Ditleue vorbenomet vnde de syne laten vnde beholden by desseme ghude yn alleme rechte, vryheit vnde eghendome, alse her Ditlef vorbenomet dat van vsen elderen vnde van vs ye vryest ghehat heft. Al desse vorscreuenen stucke loue wy vnde vse eruen deme vorbenomden Ditleue vnde sinen rechten eruen stede vnde vast tho holdende yn ghuden truwen sunder yenigherhande arghelijst. Tho ener beteren betughinghe so hebbe wy vnse inghezeghel ghehenghet laten an dessen bref, de screuen is na Godes bort drytteynhundert iar yn deme twe vnde neghentigesteme iare, yn der Dryer Konynge dage.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem Siegel.

DLIV.

Schliesser, Geschworne und das ganze Kirchspiel Marne im Lande Dithmarschen beglaubigen bei dem Rathe von Lübeck den Peter Stusse als Bruder des auf der Reise nach dem heiligen Grabe gestorbenen Matthias Stusse. 1392. Febr. 5.

De eerbaren heren borghermeystere vnde den rad der stad tho Lubeke vnde al de ghene, de dessen bref seen eder horen, ‖ do wy slutere vnde sworne vnde dat ganse kerspel tho der Merne in deme lande tho Detmerschen grůten mit vnsen ‖ willighen denste. Juwer eerbaricheyt do wy witlik, dat wy hebben vornomen, dat Mathias Stusse, de mit iv ghenomet ‖ is Mathias Wilhelmes, ghestoruen is pelegrimates vp deme weghe tho den hilghen graue, deme God gnedich sy. Des schole gy weten, gy eerbaren heren, dat de zulue Mathias Stusse, de dar dot is, zaligher dachtnisse, vnde Peter Stusse, desse ieghenwardighe brefwisere, synt echte vnde rechte brodere gheboren vnde zint

Digitized by Google

vngheschichten vnde vnghescheden in allen gude beweghelik vnde vnbeweghelik. Dat betughe wy in dessen ieghenwardighen breue vnde bidden juwe erafticheyt vrentliken, dat gy deme zuluen Peter behulpen syn in synen werue mit rade vnde mit dade. Dat wille wy jeghen iv vnde de juwe vordenen in eyner lyken zake eder groteren, war wy konen vnde moghen. Varet wol in Gode. Ghescreuen vnder vnses kerspels ingheseghele, dat tho eyner betuchnisse alle desser vorscreuenen stucke in deme iare Godes M CCC XCII, in sunthe Agathen daghe der hilghen juncvrowen, ghehenget is an dessen bref mit vnser wisschop vnde vulbord.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem wohlerhaltenen Siegel. Vgl. Siegel des M.-A. Heft 1. S. 15.

DLV.

Aufzeichnung über Renten in Kubendorf. 1392. Febr. 6.

Notandum, quod dominus Thidemannus Yunghe et Hermannus Mur presentes libro produxerunt litteras apertas nobilis domini Johannis, quondam comitis Holtzacie et Stormarie, confectas super viginti marcharum redditus annuos exsoluendos de villa Kubendorpe. Vnde dictus dominus Thidemannus proposuit, quod de huiusmodi redditibus sorori sue Cristine appertinerent XIII marcarum V solidorum et IIII denariorum redditus, et reliquum appertineret Mechtildi, relicte Johannis Sachteleuent. Vnde prefati domini Thidemannus et Hermannus Mur dictos XIII marcarum V solidorum et IIII denariorum redditus Hinrico Ghermer, sororio suo, in partem dotis sue assignauerunt et dimiserunt, iuxta continenciam eiusdem littere in dicta villa habendos et querendos.

Nach einer Inscription des Niederstadtbuchs vom J. 1392, Doroth.

DLVI.

Gerhard, Herzog von Schleswig, und Nicolaus, Graf von Holstein, Stormarn und Schauenburg, verkaufen für 1500 mk Pf. dem Heil.-Geist-Hospital zu Lübeck die Hälfte von Curau, das Dorf Dissau und das halbe Dorf Krumbeck mit allen Rechten und Freiheiten unter Vorbehalt des Rückkaufs binnen 12 Jahren und der Dienste zur Landwehr. 1392. März 12.

Wy Gherd, van Godes gnaden herthoghe to Slezewik, greue to Holsten, to Stormern vnde tho Schouwenborch, vnd wy Clawes, van der suluen gnaden greue tho | Holsten, to Stormern vnde to Schouwenborch. Bekennen vnd betughen openbar in dessem ieghenwardighen breue vor al den genen, de en zeen

Digitized by Google

eder horen lesen, dat | wy mit vulberaden mude, vulbord vnd beheghelcheit vnser rechten erfnamen, vnser ghetruwen radgheuen vnd al der ghenen, der vulbord dar tho esschende | was, rechtliken vnd redeliken vorkoft vnd vpghelaten hebben deme mestere vnd al den personen, vrouwen vnd mannen, des godeshus tho dem hilghen gheeste bynnen der stad to Lubeke vnd eren vormunderen, jeghenwardighen vnd to komenden, vor vefteynhundert mark lubesscher penninghe, de vns wol to vnser nughe sint betalt, dat halue dorp to Curowe, dat gantze dorp to Dyssowe vnd dat halue dorp tho dem Krumbeke, beleghen in dem kerspel tho Curowe in unser herschap, in deme stichte tho Lubeke, mit acker ghebuwet vnd vnghebuwet, lande, watere, weyden, wysschen, vysscheryghen, mit allen holten, wo de ghenomet zin, mit allen eghendome, vryheit, mit allem rechte vnd richte, hoghest also in hals vnd in hand, zidest vnd mit allen richten, de dar enttwisschen zin, vnd mit allen tobehoringhen, mest vnde mynst, gantzliken nichts vtgenomen, alse dat halue dorp to Curowe, dat gantze dorp to Dyssowe vnd dat halue dorp tho dem Krumbeke in eren lantscheden beleghen sint, vnd alse Hinrik Knyue alle dat ghud tozamende tobehort heft, welkes ghudes vorbenomed schole wy vnd willen vnd vnse erfnamen een waren, wanne vnd wo dicke en des behoef is vnd wy dar tho esschet werden, vor al den ghenen, de vor recht komen willen, vnd van ansprake enes jewelken entrichten vp vnse eghene arbeit vnd koste. Doch so hebbe wy vns de macht beholden, dat wy vnd vnse erfnamen moghen na twelf jaren neghest volghende der vtghift desses breues alle jar wedderkopen dat vorbenomede ghud vppe sunte Mertins dach, wo wy id en en jar thovoren toseghghen, vor vefteynhundert mark pennynghe bynnen der stat to Lubeke to betalende an ghelde, also dar denne tur tyt ghenghe vnd gheue is. Vnd alle de wyle dat wy dat ghud vorbenomet van en nicht wedder koft en hebben, also vorscreuen is, so schal it mit al sinen tobehoringhen des erbenomeden godeshus eghen vnd vry wesen, sunder jenigherleyge beswaringhe edder hinder to besittende vnd des to brukende, also dat se it moghen vorkopen, vorsetten, vorpanden, vorgheuen, weme dat se willen, gheestlik edder werlik, nemandes vulbord dartho to esschende, beholden vns den wedderkop, also vorscreuen is. Vnd de bur in deme ghude besitten scholen nemande to ghaue, bede, denste eder jenigherleye beswaringhe plichtich wesen, behaluen tho des menen landes nootwere, vns vnd vnse erfnamen nenerleye bot, beede eder rechticheit in dem suluen gude vorder to beholdene. Were ok, dat God vorbede, dat it worde vorboden, dat men to Lubeke nicht in våren mochte vt vnsen landen, dat

Digitized by Google

en schal dar nicht ane hinderen, zee en mogen vnd schullen allent, wes en van deme ghude tovalt, vrygeliken vûren in de stad to Lubeke, edder wor it en behegelik is. Des to tughe, dat wy den vorbenomeden godeshus dat halue dorp to Curowe, dat gantze dorp to Dyssowe vnd dat halue dorp to dem Krumbeke mit al eren tobehoringen vorgescreuen rechtliken vorlaten mit dessem jeghenwardigen breue mit al sulken vorworden, also vorscreuen is, so hebbe wy vnse grote ingeseghele an dessen breff gehanghen laten. Gheghenen vp vnseme slote to Gottorp, na Godes bord alse men scref dusent jar drehundert in dem twevndenegentighesten jare, vppe sunte Gregorius dach des hilghen paweses. Des sint de tughe her Syuerd Dozenrode, her Hinrik van Aneuelde, riddere; Hartwich Heest, Clawes van Aneuelde vnde Siuerd Leembeke, knapen, vnse leuen getruwen ratgheuen vnde manne, de mit velen anderen truwerdighen luden hir ane vnde ouer ghewesen hebben.

Nach dem Original im Archive des Heil.-Geist-Hospitals. Mit beiden wohlerhaltenen Siegeln.

DLVII.

Karl VI., König von Frankreich, verheisst den Hansestädten schnelle Rechtshülfe für den Fall, dass einer ihrer Bürger in Flandern beraubt oder beschädigt werden und der Verbrecher sich auf französisches Gebiet flüchten sollte. 1392. Mai 5.

Karolus, Dei gracia Francorum rex. Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus, nos supplicacionem carissimi patrui nostri, ducis Burgundie, ‖ comitis Flandrensis, Arthesij et Burgundie, recepisse continentem, quod patria sua Flandrie actenus ab antiquo, temporibus retrolapsis, principaliter gubernata et substantata fuit ‖ per factum mercaturarum, et quod per mercatores de hansia Almanie, que wlgo les Ostelins nuncupantur, magis fuit actenus frequentata et augmentata mercatura in dicta ‖ patria Flandrie, quam per quoscunque mercatores alterius nacionis, quodque propter hoc, quod durante tempore commocionum, que in dicta Flandrie patria vltimate viguerunt, quam plurima maxima dampna illata fuerunt in corporibus atque bonis predictis mercatoribus de hansia Almanie, prout dicunt, predicti mercatores dicte hansie, per conuenciones inter ipsos inuicem factas et initas se retraxerunt et abstinuerunt per lapsum plurium annorum de frequentando dictam Flandrie patriam ac eciam de adducendo ibidem mercimonias suas et de emendo in

Digitized by Google

eadem patria pannos et alias res plurimas, quos et quas emere consueuerant in Flandrie patria supradicta, quod nedum in dicti nostri patrui sueque Flandrensis patrie, verum eciam in tocius regni nostri Francie preiudicium atque dampnum quamplurimos redondauit, cum sepedicti mercatores dicte hansie Alemanie a tempore dictarum commocionum in dicto regno nostro minime frequentarunt, ymo staplam et forum siue congregacionem et aceruum mercimoniarum suarum aliquando apud Durdrest in Hollandia et alibi extra regnum nostrum situarunt, tenuerunt et vendiderunt. Quas ob res et vt dicti mercatores hancie Alemanie et eorum mercimonie in regno nostro et specialiter in dicta sua Flandrensi patria de cetero conuersarent, prout ante huiusmodi commocionis ortum facere consueuerant, dictus patruus noster plures dietas, congregaciones et consilia per nonnullos suos consiliarios et deputatos super hoc a principalioribus villis dicte sue Flandrensis patrie cum deputatis per villas hansie Alemanie supradicte teneri fecit, in quibus et eorum consilijs perloqutum et tractatum fuit de pluribus magnis controuersijs et debatis, que inter partes erant, et in tantum in dicto negocio prosequutum est, quod mercatores dicte hansie fuerunt et sunt concordes, frequentare de cetero in dicto regno nostro, potissime in dicta Flandrensi patria, hoc tamen mediante, quod eisdem sufficienter prouideatur de cetero in perpetuum ad ea que sequntur: videlicet, quod, in casu quod aliqui dictorum mercatorum essent capti, occisi, depredati seu pillati infra limites et metas dicte Flandrensis patrie, in terra vel in mari, per aliquos nostrorum subdictorum, qui non essent de dicta Flandrensi patria, et qui alibi in dicto nostro regno quam in dicta patria Flandrensi se retraherent seu receptarent, [quod] de eisdem malefactoribus fierent bona punicio et celeris justicie complementum, et quod plena et in integrum restitucio et emenda fierent dictis mercatoribus vel illis, quibus interesset, tam de bonis sic depredatis, quam de dampnis et iniuriis, et quod alias mercatores dicte hansie nullatenus auderent neque possent secure in dicta Flandrensi patria nec alibi in regno nostro de cetero conuersare, considerato, quod ipsi nuper dampna permaxima alias passi fuerunt pluries, prout dicunt, nobis humiliter supplicando, quatinus tam pro bono rei publice comodo et vtilitate ac acceleracione mercature quam contemplacione subdictorum suorum Flandrie nos super hoc eidem de remedio condecenti et gracioso velimus prouidere. Nos igitur, premissis debite ponderatis cupientes tota nostre mentis auiditate augmentacionem comodi et vtilitatis subdictorum nostrorum et rei publice regni nostri ac eciam ob amorem sincerrimum, quem erga patruum nostrum supradictum

Digitized by Google

merito gerimus, suique contemplacione, matura super hoc consilij nostri deliberacione prehabita ordinauimus et ordinamus de gracia speciali per presentes pro nobis et successoribus nostris, Francie regibus, quod, quocienscunque quod casus acciderint in futturum, quod aliquis de mercatoribus dicte hansie vel de eorum seruitoribus, familia vel famulis fuerint capti, interfecti, depredati vel alias iniuriati seu dampnificati, vnus de factoribus dicte hansie Alemanie, qui in dicta Flandrensi patria vocantur audremans, et qui talis esse certifficabitur per litteras sigillatas sigillo alterius scabinariatus dicte Flandrensis patrie, recipiatur in omnibus curiis, in iudicio et extra, sine alia procuracione et sine gracia ad prosequendum et faciendum prosequucionem pro omnibus illis, quorum intererit, de dictis criminibus, excessibus, iniurijs et dampnis factis et illatis alicui de dictis mercatoribus et de gentibus eorumdem, vt dictum est, et ad recipiendum bona, emendas et dampna, de quibus prosequcio fiet, vel eorum estimacionem, et quidquid propter hoc eis deliberabitur vel adiudicabitur, et quod de omnibus illis criminibus, excessibus, iniurijs atque dampnis judices nostri regni, qui sunt et erunt in futturum, in casu, quo recursus habebitur ad eos vel ab eis implorabitur remedium, et in quantum ad eos pertinebit, in eorum iurisdictione habeant cognicionem absque aliquali remissione altis justiciarijs vel quibuscumque alijs judicibus facienda, et si per informacionem summariam vel vehementem presumpcionem apparuerit, quod aliqua bona dictorum mercatorum hansie Almanie supradicte vel alicuius eorumdem fuerint capta, ipsa bona statim capiantur et ponantur per inuentarium in manu nostra et in loco tuto et securo ad conseruacionem ipsorum bonorum et ad vtilitatem dictorum mercatorum vel aliorum, quorum intererit, et quod procuratores nostri locorum se adiumgant cum dictis factoribus vel audremans, si habeant aliquam presumpcionem contra culpabiles, et quod illi, contra quos dicti factores voluerint prosequi, cogantur sine interualo respondere in persona per juramentum et per peremptorias peticionibus dictorum factorum, saluo quod deffensores possint habere vnam breuem dilacionem tantummodo pro habendo vel obtinendo vel vocando eorum garendum, vel pro sommando illos, quos voluerint, si garantia vel sommacio incumbat, et quod videatur judicibus nostris regijs racionis congruum vel opportunum, quod illi, qui erunt suspecti de excessibus supradictis, capiantur et ponantur in carceribus nostris, et quod in omnibus causis huiusmodi procedatur summarie et de plano, sine longo processu et figura judicii, cessantibus omnibus appellacionibus friuolis, et quod illi, qui erunt cundempnati, dictis factoribus seu audremans cumpellantur et cogantur per

Digitized by Google

capcionem corporum suorum et omnibus aliis viis et modis opportunis ad faciendum satisfactionem. Et insuper, si dicti factores seu audremans eligerent facere prosecucionem suam coram alijs judicibus seu iusticiarijs, quibus cognicio posset et deberet pertinere, quam nostris, volumus et ordinamus ex ampliori gracia, quod omnes prouisiones et securitates supradicte custodiantur, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, vsu, stillo et obseruacionibus patrie ad hoc contrarijs. Quapropter dilectis et fidelibus gentibus nostris, presens nostrum Parisiis parlamentum tenentibus, et qui in futturum nostra tenebunt parlamenta, necnon omnibus senescallis, bailliuis, prepositis et officiarijs ac omnibus justiciarijs regni nostri et eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, tenore presencium precipimus et mandamus, quatinus nostras presentes ordinaciones teneant, custodiant et obseruent ac faciant teneri, custodiri et perpetuo inuiolabiliter obseruari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum hiis presentibus litteris duximus apponendum. Datum Parisiis, quinta die Maij, anno Domini millesimo CCC^o nonagesimo secundo et regni nostri duodecimo.

Per regem ad relationem magni consilij.
Goutier.

Nach dem Original auf der Trese. Mit anhangendem, wohlerhaltenem Siegel und Rücksiegel des Königs.

DLVIII.

Philipp, Herzog von Burgund und Graf von Flandern, bestätigt die von Abgeordneten der Flandrischen Städte mit Abgeordneten der Hansestädte in Hamburg abgeschlossene Vereinbarung und die den Hansestädten dadurch zugestandenen Freiheiten. 1392. Mai 12.

Philippus, quondam regis Francorum filius, dux Burgundie, comes Flandrie, Arthesii et Burgundie, palatinus dominus de Salinis, comes Registetensis ac dominus de Machlinia. Vniuersis et singulis | presentes litteras inspecturis seu audituris salutem in Domino. Notum facimus, quod, cum jam diu graues discenciones mote fuerint inter incolas subditos nostros patrie nostre Flandrie, parte ex vna, et incolas mercatores communium ciuitatum Romani imperii de hanza, | ex altera parte, occasione iniuriarum et dampnorum predictis mercatoribus de dicta hanza seu nonnullis eorundem in predicta nostra patria Flandrie tam in corporibus quam in bonis et rebus suis, vt asserebant, per terram

Digitized by Google

et mare illatorum, propter que predicti || mercatores, communiter conuencionibus inter se super hoc factis, per aliquod temporis spacium citra a dicta patria nostra Flandrie se retrahentes eandem vnacum bonis et mercimoniis suis frequentare, prout assueuerant, distulerunt, pro quibus quidem discencionibus sopiendis et concordandis quodque mercatura de vna patria in aliam libere posset exerceri, plures tractatus diuersis diebus et locis per nuncios seu deputatos nostros et villarum nostrarum ac territorii nostri Franci officii dicte patrie nostre Flandrie vnacum nunciis seu deputatis dictorum mercatorum de dicta hanza habiti fuerint et obseruati, tandem nouissime in villa de Amborch, vbi dicti nuncii seu deputati conuenerunt, vtrobique super omnibus articulis dictarum discencionum, qui in aliis tractatibus perantea habitis remanserant indiscussi, iidem nuncii nostro reseruato beneplacito finaliter concordarunt. Verum quia in fauorem mercatorum et mercature reique publice ob vtilitatem et profectum cum dictis incolis et mercatoribus ciuitatum communium predictarum de hanza prefata toto mentis conamine pacis et concordie amiciciam fouere peroptamus, visis per nos articulis in dicto tractatu concordatis, ipsos gratos habuimus et habemus. Et vt predicti mercatores deinceps cum bonis et mercimoniis suis libencius et securius dictam patriam nostram Flandrie pro reformacione eiusdem visitare valeant et quecunque discencionum materie, que emergere possent, aboleri, ad predictorum mercatorum peticionem necnon humilem supplicacionem incolarum et subditorum nostrorum tocius patrie nostre Flandrie predicte eisdem mercatoribus de hanza beniuolis nostris, tam presentibus quam futuris, communiter et diuisim, animo deliberato graciaque nostra speciali pro nobis et successoribus nostris, Flandrie comitibus, libere concessimus et concedimus per presentes ea, que secuntur, in formam et modum priuilegiorum perpetuis temporibus, quamdiu iidem mercatores cum bonis et mercimoniis suis predictam nostram patriam Flandrie visitare voluerint, inuiolabiliter obseruanda. Primo videlicet concessimus et concedimus beniuole eisdem mercatoribus, quod, si aliquis in dicta patria nostra Flandrie seu villa nostra aut castro de Slusa degens et moram trahens aliquem dictorum mercatorum bonis suis depredatus fuerit, seu vi et de facto dampnum intulerit eidem infra dictam nostram patriam Flandrie seu fluctus marinos eiusdem wlgaliter nuncupatos stroem, [quod] ad restitucionem huiusmodi bonorum predicto mercatori faciendam, inquantum informacione legitima coram lege loci, quo dampnum acciderit, ipse mercator illud poterit sufficienter demonstrare, ville nostre Gandensis et Brugensis et Ypprensis astricti *(sic)* tenebuntur. Si vero aliquis

Digitized by Google

extra dictam patriam nostram Flandrie moram trahens aliquem dictorum mercatorum infra dictam patriam nostram Flandrie seu dictos fluctus eiusdem occiderit seu depredatus fuerit, [quod] nos officiariique nostri atque ville iuuabimus toto posse nostro, quod mercatori seu illi, qui eius nomine prosequutus fuerit, bona sua restituentur et de predone seu malefactore justicia corporaliter subsequetur. Et si predo vnacum bonis spoliatis euaserit, et mercator predictis villis nostris Gandensi et Brugensi et Ypprensi seu alicui earundem notum fecerit, quo loco huiusmodi bona translata forent, tunc dicte ville nostre nobis id notificare tenerentur. Nos quoque vnacum ipsis villis nostris litteris nostris scribere debebimus gubernatoribus seu administratoribus ville, opidi vel castri, in qua seu quo huiusmodi bona seu malefactor fuerint peruenta seu peruentus et ipsa bona scienter detenta, eosdem gubernatores seu administratores rogando, vt mercatori bona sua restituerentur et superinde justicia sibi exhiberetur, prout racio suaderet. Si vero infra semiannum, postquam sic requisiti fuerint, predicto mercatori restitucio bonorum suorum minime fieret neque justicia sibi exhibeatur, tunc predicto transacto semianno nos et officiarii nostri illo casu super omnes incolas et habitantes villarum, opidorum seu castrorum, vbi predicta bona perducta fuerint et detenta, vt prefertur, quocunque loco et in qua patria foret, subditis domini mei, Francorum regis, duntaxat exceptis quibuscunque, arrestacionem fieri consenciemus absque reuocacione seu annullacione exinde fienda, donec predicto mercatori seu illi, qui eius nomine prosequutus fuerit, restitucio condigna foret impensa. De predictis vero dicti domini mei, Francorum regis, subditis, qui aliquem dictorum mercatorum infra dicte patrie nostre Flandrie limites occiderent vel bonis suis depredarentur, idem dominus meus rex nostri ad supplicacionem et requestam prouisiones ordinauit, prout litteris super hoc confectis suoque sigillo sigillatis potest apparere, quas firmiter volumus obseruari. Preterea, si quisquam in patria nostra Flandrie aut villa nostra seu castro de Slusa predictis degens et moram trahens aliquem dictorum mercatorum de hanza extra dicte patrie nostre Flandrie limites occiderit seu bonis suis depredatus fuerit, cum bonis spoliatis euadens, et a mercatore id nobis et officiariis nostris foret notificatum, tunc predonem seu malefactorem litteris et arrestacione volumus et consentimus prosequi modo et forma, prout in articulo immediate precedenti continetur. Item, si aliquis de subditis dicti domini mei, Francorum regis, infra dictam patriam nostram Flandrie seu fluctus nostros dictum mercatorem occiderit, aut eum bonis suis depredatus fuerit, aut si alius quiscunque malefactor, licet subditus eius non

Digitized by Google

sit, ipsa bona ad districtum suum apportaret, quamcito mercator ipse, qui sic dampnificatus est, aut alius sui nomine tribus villis nostris predictis Gandensi, Brugensi et Ypprensi aut alicui earundem notum fecerit, extunc indilate nostre tres ville predicte suis sumptibus vel expensis et mercator suis pariter prosequentur et prosequi teneantur, vt de predone seu malefactore justicia subsequetur et mercatori seu illi, qui eius nomine prosecutus fuerit, bona sua restituentur ad locum et secundum tenorem supradictarum patencium litterarum domini mei, Francorum regis, predicti. Item, si aliquis mercator aut nauta de dicta hanza in mari bona aliqua piscatus fuerit, et ipsa bona in portu nostro de Slusa vel in quibusuis aliis portibus dicte patrie nostre Flandrie adduxerit, infra tres dies, postquam nauis ancoram suam posuerit, bailliuo aut sculteto loci debet hoc insinuari et illi, qui huiusmodi bona piscatus fuerit, satisfactio fieri de racionabili salario pro labore, et ea, que de bonis superfuerint, duabus scripturis volumus registrari, quarum vna penes bailliuum aut scultetum loci nomine nostro, alia vero penes aldermannos nomine mercatorum debebunt remanere. Que quidem bona ipsis aldermannis deliberabuntur custodienda, et si aliqua eorundem bonorum perire possent, ipsi aldermanni ea poterunt vendere, pecuniam vnacum aliis bonis non venditis penes eos per annum et diem reseruando. Si vero infra huiusmodi terminum anni et diei legitime non constiterit, quod talia bona mercatoribus dicte hanze pertinerent, ipsa tunc bona dicto bailliuo aut sculteto nostri nomine debent deliberari, et per hoc dicti aldermanni de predictis bonis et a prosecucione seu impeticione, que pro eisdem fieri possent, immunes remanebunt et expediti. Item, si aliquis dictorum mercatorum seu alter jure fungens ipsorum mercatorum de hanza predicta in mari viam vniuerse carnis ingressus obierit, et bona illius in dicto portu nostro de Slusa applicauerint, seu si ab hoc seculo infra patriam nostram Flandrie predictam decesserit et bona ipsius ibidem reliquerit intestatus, ipsa bona de scitu bailliui seu sculteti loci, quo huiusmodi bona fuerint relicta, ad heredum et successorum defuncti commodum et vtilitatem volumus et consentimus deliberari, quorum bonorum dicto bailliuo seu sculteto et eciam dictis aldermannis consimiliter partes in scriptis tradentur, sed ipsa bona in manibus et sub potestate dictorum aldermannorum permanebunt Et si infra annum et diem aliquis, qui ipsius defuncti esset heres, aut alter litteris ville, de qua esset, ad prosequendum huiusmodi bona sufficienter fundatus non veniret, aut quod legitimus heres justam occupacionem haberet, quod infra dictum terminum prosecucionem facere non posset, dicta bona predicto bailliuo aut sculteto

Digitized by Google

debent deliberari. Et si defunctus aliquod testamentum condiderit, ipsum testamentum juxta sui tenorem in suo vigore volumus permanere. Item, si aliqui in dicta hanza pertinentes inuicem extra dicte patrie nostre Flandrie limites, quocunque loco foret, debellauerint, sic quod vnus eorum alterum vulnerasset vel interfecisset, et ex post infra dictam patriam nostram Flandrie venirent et intrarent, bailliuus nec alter nomine nostro jus aliquod nisi ad querelam mercatorum in hoc poterit reclamare. Item concessimus et concedimus eisdem mercatoribus, quod corda, qua panni mensurantur in dicta patria et villis nostris Flandrie, longitudinem decem vlnarum Flandrie obtinebit. Item concessimus et concedimus eisdem, quod de quibuscunque seruisiis in dicta hanza pertinentibus, que in Slusa et alibi in dicta nostra patria Flandrie vendentur ad ducellum, non magis quam octo grossi Flandrie de quolibet dolio pro assisia persoluentur. Item, etsi mercatores in priuilegiis suis defectum aliquem, quod absit, paterentur, nolumus, quod eapropter nos extra dicte patrie nostre Flandrie limites prosequi teneantur, sed volumus et concedimus eisdem, quod prenominate tres ville nostre Gandensis, Brugensis et Ypprensis vel aliqua ipsarum manum porrigant adiutricem, vt ipsis mercatoribus sua priuilegia obseruentur, prout decebit juxta continenciam eorundem. Que premissa omnia et singula, sicut prescribuntur, in cunctis suis clausulis et punctis, prout melius et pertinencius ad dictorum mercatorum vtilitatem interpretari possunt, volumus statuentes dictis mercatoribus fideliter teneri et obseruari, et quod ipsi mercatores communiter et singuli imperpetuum libere et pacifice fruantur eisdem, contradictione non obstante qualicunque, non obstantibus eciam litteris seu priuilegiis aliquibus per nos aut predecessores nostros predictos opidanis aut aliis subditis nostris dicte patrie nostre Flandrie indultis, communiter seu diuisim, et saluis nichilominus dictis mercatoribus aliis litteris et priuilegiis per nos aut predecessores nostros prefatos prius eis concessis, quas et que in pleno suo vigore volumus permanere, ita quod iste illis et ille istis non possint aut debeant in toto vel in parte quomodolibet derogare, mandantes bailliuis, officiariis, subditis et ministris nostris quibuscunque et eorum cuilibet, quatinus premissis omnibus et singulis, prout superius scripta sunt et enarrata, predictos mercatores communiter et eorum quemlibet vti pacifice permittant et gaudere absque impedimento quocunque, quod, si eis vel eorum alicui illatum foret contra presencium tenorem, amoueant et amoueri faciant indilate. In quorum omnium et singulorum testimonium et certitudinem presentes litteras nostri fecimus appensione sigilli roborari.

Digitized by Google

Datum in villa nostra Insulensi, die duodecima mensis Maij, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo.

Nach dem Original auf der Trese, welches in vier Ausfertigungen, zwei lateinischen und zwei holländischen, vorhanden ist. An jeder hängt an grün und roth seidenen Schnüren das Siegel des Grafen in grünem Wachs.

DLIX.

Philipp, Herzog von Burgund und Graf von Flandern, befiehlt seinen Beamten, den hansischen Schiffen zu jeder Tageszeit unentgeldlichen Eingang in den Hafen von Sluys zu gestatten. 1392. Mai 12.

Philippus, quondam Francorum regis filius, dux Burgundie, comes Flandrie, Arthesij et Burgundie, palatinus ‖ dominus de Salinis, comes Registetensis ac dominus de Machlinia. Dilectis cappitaneo et castellano castri nostri necnon bailliuis aque et ville ‖ nostre de Slusa eorumque loca tenentibus ceterisque officiarijs, seruientibus, ministris et subdictis nostris patrie nostre Flandrie, presentibus et futuris, salutem. ‖ Recepta supplicacione incolarum et subditorum dicte patrie nostre Flandrie humiliter requirencium, quod mercatores communium ciuitatum Romani imperij de hansa Theutonica, cum quibus super discencionibus jam diu motis inter nos et dictos subdictos nostros, ex vna parte, et dictos mercatores, parte ex altera, occasione iniuriarum et dampnorum eisdem mercatoribus seu nonnullis eorundem, vt asserebatur, illatorum, propter que patriam nostram cum bonis et mercimonijs suis visitare per aliquod temporis spacium ipsi mercatores denegarunt, tractatu pacis duximus concordandum, deinceps portum nostrum de Slusa, vt ad naues eorundem, que ibidem affluent, liberum poterunt accessum habere, die noctuque valeant absque solucione pecunie seu alia exactione proinde fienda intrare et exire: nos, predicte supplicacioni ac in fauorem dictorum mercatorum et mercature, que in profectum communem vertitur, fauorabiliter annuentes, vobis mandamus districte precipientes et vestrum cuilibet, quatinus dictos mercatores et eorum quemlibet, quamdiu patriam nostram Flandrensem predictam cum bonis et mercimonijs suis frequentauerint, tociens quociens indiguerint et ab eis fueritis requisiti, seu alter vestrum, cui pertinuerit, fuerit requisitus, dictum portum nostrum de Slusa intrare et exire die noctuque permittatis, cathenam seu aliam clausuram in et circa stipites ibidem appositam aperientes et facientes aperiri absque contradictione seu impedimento qualicunque, nec ob hoc ab eisdem merca-

Digitized by Google

toribus seu eorum aliquo pecuniam vel aliud contra eorum voluntatem sumatis vel recipiatis, quoniam de gracia speciali sic fieri volumus et jubemus. Datum in villa nostra Insulensi, sub sigillo nostro, die duodecima mensis Maij, anno Domini millesimo CCCmo nonagesimo secundo.

